De his[d] v̄o q̄ intra monaſterij clauſtra cōſiſtunt, quibus pp̄ls ad regendū nō cōmittitur: querit vtrū dare vel accipere decimas debeāt. In quibus hec diſcretio ſeruāda eſt, vt de agris ⁊ vineis q̄ ad proprium ſtipendiū colunt, decimas ſibi retineant. Si em̄ decime a populo filijs Leui reddebantur pro miniſterio quo dn̄o deſeruiebant in tabernaculo offerēdo ſacrificia et holocauſta pro populo: patet ꝙ monachi de proprijs predijs non magis q̄₃ alij ſacerdotes decimas ſoluere coguntur. Sed dicit, predia monachorum ſiue precio ſint empta, ſiue pro ſalute animarū oblata anteq̄₃ in ius eorum venirent, baptiſmalibus eccleſijs ſiue quibuſlibet alijs: primitias ⁊ decimas perſoluebant: ille aūt eccl'ie ſuo iure priuari nō poſſunt. Unde in Magūtinenſi cōci. ſtatutū inuenit.

¶ Qui res ſuas alicui dare delegauerit: decimationum prouentum priori eccleſie auferre non poterit.

Si qs laic⁹ vel clericus[e] vel vtriuſq₃ ſexus pſona ꝓprietatis ſue loca vel res alicubi dare delegauerit: decimationū prouentum priori eccleſie legitime aſſignatum inde abſtrahere[f] nullam habeat poteſtatem. quod ſi facere tentauerit, talis traditio irrita[g] prorſus dicitur: ⁊ ip̄e ad emendationem eccleſiaſtica coerceatur cenſura.

Item ex ↄcilio Cabilonēſi.

¶ Antiquiores eccleſie nec decimis nec villa poſſeſſione priuentur.

Si qs laicus. ¶ Caſ⁹. Quidam laici vel clerici vendebant predia ſua vel donabant: et decimas prioribus eccleſijs ſubtrahebāt. quare ſtatutum eſt in concilio Maguntīn. vt nullo modo faciant. et ſi quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: ⁊ vſq₃ ad emēdationem excommunicabitur.

e ¶ Uel clericus. Cleric⁹ ergo dat decimā: quod verum eſt de proprijs predijs.

f ¶ Inde abſtrahere. Res em̄ tranſit cum onere ſuo: vt ex̄ de deci. cum nō ſit in homine. ⁊. ff. de cōtrahen. Et ex̄ emp. alienatio. ff. de dona. ad eum. §. j. et. ff. de reg. iur. de pig. nemo. ff. de diſtrac. pig. ſi creditor. ex īſis.

g ¶ Irrita. Pactū illud nō obſtat quin ab eccleſia vel ī ſi. vbi alio poſſeſſore poſſit peti decima: vt ex̄. e. paſtoralis. ff. de hoc. de pac. inter. ⁊ ſi poſſeſſor partem fructuū / et ille a quo cauſam habuit, etiā partē fructuū ꝑcepit / vterq₃ cōueniendus eſt: vt ex̄ eo. ti. a nobis. ⁊ ca. tua nobis. S₃ nūquid pactū iſtud tenet q̄trū ad hēretes? Uidet ꝙ ſic: vt ff. de pac. ep̄la. §. pactū. ſed cōtra ex̄ de pac. pleriq₃.

Iſte canon, null⁹. ⁊ ca. p̄cedēs hic alleg. ſ. ep̄i. nō vident ꝓbare ꝓpoſitū allegantis q̄m in ep̄is loquunt: nō autē canō. ſ. cūctis. loq̄t in ſimplici ſacerdote parochiali: vt p₃ ex text. dicebat Jo. đ f. ꝙ caſ⁹ hui⁹. c. cūctis. ē ꝙ clerici nihil debent facere ſine lnīa ep̄i. ar.

Monachi an teneāt ad decimas de agris ſuis.

Epus an poſſit vni auferre ⁊ alteri dare.

Eccleſie. ℭ Caſus. Statutū fuit in cōci. Cabiloñ. vt antique eccleſie decimis et poſſeſſionibus ſuis non priuentur ad hoc vt nouis eccleſijs tribuantur.
a ℭ Ut nouis. Quidam hoc intelligūt in eo caſu cum prior eccleſia enormiter leditur. alias epūs bene aufert de iure vni⁹ ⁊ dat alij: vt. xvj. q. ij. bone rei. ⁊. j. q. j. nulli epoꝝ. et ex̄ de exceſſi. prelato. ſicut vnire. j. de ꝯſecra. diſt. j. c. ij. Hug. tamen ſcribit ꝙ epūs nō poteſt auferre vni eccleſie ⁊ dare alij inuito ſacerdote. nā quod ſemel eſt cōſecratū alienari nō poteſt. xij. q. ij. nulli. et ca. ſine exceptiōe. Itez quia ſacerdos iſte nō cogitur de ſuo facere beneficium vt. x. qō. ij. p̄carie. Item quia priuilegiū ſoli⁹ pape eſt vni auferre et alij dare vt. ix. q. iij. cō queſtus. ⁊. c. nunc ꝟo. ⁊. c. per principalem. Itez quia nulli conſulēdum eſt cum alteri⁹ iactura. xj. qōe. iij. ſi quis ꝟo. iiij. q. v. deniqꝫ. ⁊. xxij. q. ij. primū. Item arg. eſt ꝓ ipſo. j. e. multis. ſed cōtra eum eſt ex̄ de eccle. edi. ad audientiā. melius ex̄ eo. tit. tua. vbi nō obſtat ei iuramētum qd̄ fecit de rebus eccle. nō alie. vñ hoc non videtur eſſe alienatio: vt ibi perpenditur. Idem auferendo vni et dando alij eccleſie ſibi ſubiecte, non videt̄ alienare: ſicut dando ſorori non videtur alienare. C. de fideicō. voluntas. et eſt ſi. C. de edi. priua. ſi quis poſt. et ff. de leg. ij. vnū ex familia. ⁊. l. peto. §. fratre. ſi. ex̄ de his que ſi. a prela. ſine conſen. ca. cum apoſtolica. Io. de fan.

Quicūqꝫ. ℭ Caſus. Queſitum fuit in conci. Guarmacieñ. vtrum quilibet in ſuo predio poſſit eccleſiam edificare? Et rñd. ꝙ ſic, dūmodo hoc faciat de licentia epi in cuius parochia eſt: ita tamen vt antiquiores eccleſie ſuā iuſtitiā vel decimas non amittant.
b ℭ Conſenſum. Infra de conſe. diſtin. j. nemo. ⁊ ca. ſi quis etiam.

Decie ſūt ſoluēde eccleſijs baptiſmalib⁹ ⁊ nō capellis.

c ℭ Ad antiquiores. Arg. ꝙ vbi contenditur pro iure duarum eccleſiarū, ſemper ſtandum eſt antiquiori: vt ex̄ de reli. do. ca. j. Item argu. ꝙ ſemper baptiſmalibus eccleſijs ſoluende ſunt decime, non capellis: vt. j. ca. prox. et ca. queſti. et ca. ſtatuimus. et ca. in ſacris. ⁊ extra eod. titu. nuncios. et ſcd̄m hoc epiſcopus non debet habere decimas baptiſmalis plebis. i. ruralis eccleſie, ſed tantum epiſcopalis plebis. de illis enim loquitur ca. xvj. q. ij. vobis. ⁊. c. vulterane. ⁊. c. conceſſo. et ca. quatuor. † Tamen dico ꝙ quelibet ruralis eccleſia etiam debet ſuas decimas in quatuor partes diuidere: vt vna ſit baptiſmalis eccleſie: alia pauperum: tertia fabrice: quarta capellanoꝝ: licet hodie epiſcopi oīa occupēt, aliter nota. ſ. x. qō. j. nouerint. et contra Io. eſt ex̄ de deci. quoniam. ⁊ ca. cū contingat. B.

† Ad idē dicūt Ul. ⁊ B. ex̄ d̄ teſta. requiſiſti. in prin.

Eccleſie antiq̄tus cōſti tute, nec decimis nec vlla poſſeſſiōe priuētur ita vt nouis[a] oratorijs tribuantur.
Item ex cōci. Guarmaciēſi.
ℭ Antiquiores eccl'ie ꝓpter nouas iuſtitiā ſuā nō p̄dāt.
Quicūqꝫ voluerit in ſua ꝓprietate eccleſiā edificare, ⁊ ꝯſenſum[b] ⁊ volūtatē epi habuerit in cui⁹ parochia eſt: licitū ſit. verūtñ oīno ꝓuidēdum eſt epō vt alie eccleſie antiquiores ꝓpter nouā ſuaꝫ iuſtitiā atqꝫ decimā nō p̄dant ſꝫ ſemper ad antiquiores[c] eccleſias perſoluantur.
Decimas autē baptiſmalib⁹ eccleſijs p̄ſoluendas Leo papa quartus affirmat dicens.
ℭ Baptiſmalib⁹ eccleſijs decime dari debent.
De decimis iuſto ordine nō tm̄ nobis ſꝫ etiā maioribus viſum eſt plebibus tantū vbi ſacroſancta baptiſmata dantur, debere dari.
Si ergo nulli licet decimationum prouētum a priori eccleſia cui aſſignatus fuerat, abſtrahere: ſi ius antiquioris eccleſie nouis tribuendū nō eſt: ſi decime tātūmō baptiſmalibus eccleſijs dāde ſunt: patet ꝙ monachi ex proprijs p̄dijs decimas dare cogūtur. Sed et illa authoritas magocienſis ‡ cōcilij de vēditore vel donatore loquit̄, definiens ꝙ ille q̇ vēdit aut donat, non pōt prouentum decimationuꝫ illi eccl'ie detrahere, cui prius legitime fuerat aſſignatus. monachi aūt decias et primitias non authoritate vendētis vel donātis, ſed authoritate eiuſdem cōcilij et Paſchalis[d] pape detinēt: a q̄bus definitum eſt vt monachi de ꝓprijs predijs decimas non perſoluāt.
Sic enim in Magociēſi ‡ cōcilio ſtatutum eſt.
ℭ Non perſoluant de ꝓprijs p̄dijs abbates ⁊ epi decimas.
Queſti ſunt p̄terea q̄dā fratres ꝙ eſſent aliqui epi ⁊ abbates q̇ decimas non ſinerēt dari ad eccleſiā vbi illorū coloni[e] miſſam audiunt. ꝓinde decreuit iſte ſacer concilium Maguntineñ.

ℭ Si ergo. ℭ Caſus. Cōcludit gratianus ex ſupradictis cap. ſi quis. et ca. quicūqꝫ. et ca. de decimis. ꝙ monachi de proprijs p̄dijs decimas dare tenentur. Poſtea reſpōdet illi. c. ſi quis laicus. dicēs ꝙ vēditor vel donator authoritate ſua decimas non poteſt ſubtrahere priori eccl'ie: ſꝫ monachi nō retinēt decimas authoritate ſua, ſed authoritate Maguntineñ. conciliū, ⁊ Paſchalis ſecūdi, a quibus dicitur ꝙ monachi nō ſoluant decimas de ꝓprijs predijs. et ad hoc inducit ſequens ca.

‡ Maguntinenſis.

‡ Maguntinenſi.

d ℭ Paſchalis. ſꝫ q̄ſo paſchalis potuit dare hoc priuilegium monachis, cum ſit contra preceptū diuine legis: vt. j. eod. ca. decime. et ca. reuertimini. contra qd̄ non poteſt diſpenſari. xxv. q. j. ſunt quidam. ⁊. ſ. diſtin. v. ca. j. ſ. diſtin. viij. que contra? Sed forte non eſt abſurdum ꝙ priuilegium concedatur cͦtra ius ſit contra ius diuinum. ſed ſi contraria conſtitutione illud tolleretur, non poſſet fieri. Sed nūquid laico poſſet dare tale priuilegium? Dic ꝙ ſic. Joan.

Priuilegium ꝯtra ius diuinū cōcedi poteſt.

Queſti. ſunt. ℭ Caſus. Quidam clerici conqueſti ſunt de epis et abbatibus qui decimas dari non permittebāt eccleſijs vbi coloni eorū epoꝝ vel abbatū miſſas audiebant ⁊ baptizabātur coꝝ filij. et ideo ſtatuit concilium Maguntineñ. vt epi et abbates de predijs que proprijs colunt ſtipendijs, decimas ſibi retineāt. coloni ꝟo ibi dent decimas vbi filij eoꝝ baptizantur: et vbi per totum circulum anni audiunt diuina.
e ℭ Coloni. Partiarū: qui partem fructuum p̄cipiūt. tales eñ pro ea portione quā ipſi p̄cipiūt, tenentur dare decimas: et dñi eoꝝ pro ea quā ipſi p̄cipiūt: vt extra eo. qm̄. et ca. a nobis. et ca. tua nobis. imo et in penſionario colono idē iuris eſt, ſiue ipſe pro pēſione ſeruiat, ſiue dño det certā pēſionem: quia anteqꝫ aliqua penſio detur, eſt decimāda: vt extra eo. titu. cum homines.

Decie ſūt a colonis partiarijs dāde.

uentus vt epi[a] et abbates de agris et vineis que ad ſuum et fratrum ſtipẽdium habẽt, et ad eccleſias[b] ſuas deferri faciant. familie vero eorũ ibi dent decimas[c] ſuas, vbi eorũ infantes baptizantur, et vbi per totum anni circulum miſſas audiunt.

Item Paſchalis quartus.

De proprijs laboribus monachi et canonici decimas minime ſoluere cogantur.

Decimas a pplo ſacerdotibus ac leuitis eſſe reddendas diuine legis ſanxit authoritas. ceterum a monachis[d] ſiue clericis cõmuniter viuẽtibus[e] nulla ratio ſinit vt milites[f] aut epi aut pſone quelibet decimas de laborib9 ſeu nutrimẽtis ſuis proprijs extorquere debeant. vñ beatus Grego. ſic ait. Communi vita viuentibus iam de faciẽdis portionibus, vel exhibẽda hoſpitalitate, vel adimplenda miſericordia nobis quid erit loquẽdum: cum omne quod ſupeſt, in cauſis pijs ac religioſis erogandum ſit: dicente dño: Quod ſupereſt, date eleemoſynã: et ecce omnia munda ſunt vobis.

Quod autem dicitur q antiquiores eccleſie propter nouas nec decimis nec villa poſſeſſione priuentur, non ita intelligendum eſt vt nullo modo credat licere epo aliquam partem poſſeſſionum vel decimationũ vnius eccleſie alteri pro tpe tribuere. ſicut em̃ papa duos epatus in vnũ poteſt redigere: ita et vnus pprio cõſentiente epo in duos põt diuidi: vel etiaʒ metropolitano inuito quelibet eccl'ia ab eius iuriſdictione apoſtolica eximi poteſt authoritate.

Unde Gregorius papa ſcribit Benenato epiſcopo. ca. xxv.

Duos epiſcopatus in vnũ redigere apoſtolica poteſt authoritas.

Et tpis qualitas, et vicinitas[g] nos locoꝝ inuitat vt cumanam atq muſitanam vnire[h] debeam9 eccl'ias: qm̃ nec lõge a ſe itineris interuallo ſeiuncte ſunt, nec (pctis facientibus) tanta multitudo populi eſt vt (ſicut olim fuit) duos habere debeãt ſacerdo

a Ut epi. Patet hic q clerici non dabũt decimas de bonis eccleſie: vt ex̃ eo. fraternitatem. et. c. diſti. nouit. et. j. ca. pxi. licet h. contradixerit, qui dixit eſſe ſpeciale in epo. ſed ob. extra eo. quoniam. §. vlti.

b Ad eccleſias ſuas deferri. proprijs ſumptibus.

c Decimas. ſi predia ſint in epiſcopoꝝ parochia. Uel loquit de decimis pſonalib9 que dãde ſunt vbi ſacramenta percipiuntur: vt ex̃ eo. ad apoſtolice.

Decias. Caſus. Queſitũ fuit a Paſchali vtrũ monachi vel clerici cõmuniter viuentes decimas debeant dare? Et reſpõdet / ſacerdotes et leuite a populo decimas percipere debẽt. Sed a monachis et clericis cõmuniter viuentib9 nullus de pdijs q ſuis ſumptibus colunt, et nutrimentis proprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandũ inducit authoritatem Gregorij.

d A monachis. Duplici ratione: tũ quia non habẽt populũ: tum quia non miniſtrãt eis ſpiritualia.

e Cõiter viuentib9. ecce q aliud habent priuilegiũ clerici cõiter viuẽtes / q̃ ſeparatim: et q idem habent q monachi. ſimiliter in abſolutione petẽda habent idẽ priuilegiũ cum monachis: vt extra de vi. et honeſt. cleri. qm̃. in fi. et extra qui cle. vel vo. ca. j. et extra de ſenten. excõ. monachi. et ca. ex tenore. in fi. contra extra de ſen. excom. cum non ab homine.

f Milites. An milites poſſint habere decimas, dicetur. j. q. vij. ca. j.

Qd aut. Hec eſt. v. pars. q. in qua probat Gratia. q papa põt epiſcopatus diuidere et vnire, et quoſdam eximere archiepiſcopis ſuis inconſultis. Joan.

Caſus. Dictum eſt. ſ. in ca. eccleſie. et ca. quicunq. q antiquiores eccl'ie ppter nouas eccl'ias ſuo iure priuari nõ debẽt. Nũc vero dicit Grat. q hoc non ita ſtricte eſt intelligendũ q epo nõ liceat vni9 eccl'ie poſſeſſionem vel decimas alij tribuere: q2 ſicut papa põt duos epiſcopatus redigere in vnũ, ita vnũ in duos diuidere: maxime epo conſentiente. et quelibet eccleſia ab apl'ico eximi põt etiam inuito metropolitano. ita ſupple epus poteſt vnius eccleſie poſſeſſionem &c. Sed certe male argumentat Gra. de apoſtolico ad epm / cũ apoſtolic9 habeat plenitudinem poteſtatis / quã nullus alius habet. et q authoritate pape duo epatus in vnum redigi poſſint / probatur per duo ſequentia capi.

Et temporis. Caſus. Cumana ciuitas paſtore carebat / q vicina erat ciuitati Muſitane: ſed q2 pauci erant ibi hoies, ideo papa Benenato epo Muſitano vtrãq eccleſiã gubernandã commiſit, ita vt habitet vbi vtilius et cõmodius habitare pſpexerit: dũ tamẽ in illa eccleſia in qua corporaliter non erit, miniſteria diuina ſolẽniter peragãtur. Cumani caſtri, id eſt modice vrbis. Sacerdos. i. epus.

g Et vicinitas. Arg. q propter remotionem vel incõmoditatẽ multa fiunt licite que al's non licerẽt: vt j. ea. q. vij. ſi quis vult. lxiij. diſt. cuʒ lõge. xiij. q. ij. vbicunq. ex̃ de eccle. edifi. ad audiẽtiã. ſ. vij. q. j. tẽporis.

h Unire. ſicut papa poteſt vnire plures epiſcopat9 ſic epus plures eccleſias: vt ex̃ de exceſſ. pla. ſicut vnire. Si q̃ras apud quã iſtaꝝ eccleſiarũ reſideat dignitas epalis, vel an vtreq retineãt dignitatem priorem? Dico q varijs modis poſſunt vniri eccleſie: vel hoc modo vt vna ſubijciatur alteri: et ſcdm hoc dignitas epiſcopalis erit in vna tantum. Uel hoc modo poſſunt vniri vt ex duabus dignitatib9 vna fiat dignitas: et ſcdm hoc non dicẽtur eſſe due eccleſie ſed vna tantum. et ſm hoc illi qui ſunt canonici in vna, erunt canonici in altera. et tam iſti q̃ illi canonici intererunt electioni epiſcopi et alijs communibus negocijs. In tali vnione diſtinguendum credo q aut eccleſie ſimul vniuntur, aut vna earum vnitur relique: que duo ſunt penitus diuerſa. Si vna vnit alteri / ſecundũ hoc illius naturam et conſuetudinem et priuilegium aſſumit cui vnitur: et peribunt iura illius eccleſie que vnitur: vt extra de ſtatu mona. recolẽtes. circa finem. Si autem neutra alteri vnitur, ſed ille ſimul vniũtur: tunc dico q conſuetudines vel priuilegia que meliora ſunt et humaniora, retinent illud vnitum: nam cum malum et bonum aſſociantur, malum recipit naturam boni. xxxij. q. j. non eſt culpandus. et argumen. C. de rei.

Iſte intellectus approbat. j. e. ca. ſtatuimus. ſ. e. q. ij. et xiij. q. j. in ſum. ibi videas.

Luce xj. f.

Clerici cõit viuentes et monachi hñt idẽ priuilegiũ.

v. pa.

Eccl'ie varijs modis vniunt.

tes. Qr igit̃ cumani caſtri ſacerdos curſuz hui⁹ vite explenit[a] vtraſq̃ nos eccleſias preſentiſ authoritatis pagina vniſſe, tibiq̃ cōmiſiſſe cognoſcas vtrarūq̃[b] etiam eccl'iarū ſcito te eſſe proprium pontificem. Et ideo quecunq̃ vel de earū patrimonio, vel cleri ordinatione promotioneve iuxta canonum ſtatuta viſa fuerint ordinare atq̃ diſponere, habebis vt ꝓprius revera ſacerdos liberam ex noſtre authoritatiſ cōſenſu atq̃ permiſſione licentiā. Ubi vero cōmodius atq̃ vtilius eſſe perſpexeris, ibi habitato: ita ſane, vt alteram eccleſiam cui corporaliter preſens non es, ſolicita prouidentiq̃ cura diſponas: quatenus illic diuina miniſteria ſolēniter domino preſtante peragantur.

Idem Joanni epiſcopo.

¶ Duos epiſcopatus in vnū redigere apoſtolica valet authoritas.

Poſtq̃ hoſtilis ipietas diuerſarū ciuitatuz ita (peccatis faciētib⁹) deſolauit eccl'ias, vt reparādi eas ſpes nullo modo populo deficiēte remanſerit: maiori valde cura cōſtringimur, ne defunctis earū ſacerdotib⁹ reliquie plebis nullo paſtoris moderamine gubernāte, per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidijs. Huius ergo rei ſolicitudine ſepe commoniti,[g] hoc noſtro ſedit cordi conſiliū vt vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoq̃ fraternitati tue curā gubernationemq̃ Treuerēſium eccleſie preuidim⁹ committēdam: quam tue eccleſie aggregari vnirique neceſſe eſt: quatenus vtrarūq̃ eccleſiarū ſacerdos recte (Chriſto adiuuāte) poſſis exiſtere: ⁊ que tibi de eius patrimonio vel cleri ordinatione ſeu promotione vigilanti ac canonica cura viſa fuerint diſpone. quippe vt pontifex proprius liberam habeas ex p̄ſenti noſtra permiſſione licentiam.

Item ex conci. Carthagi.ij.

¶ Non habeāt epm dioceſes que nunq̃ habuerunt.

Felix epiſcop⁹ Seleucitanus dixit: etiam ſi hoc placz ſanctitati veſtre, inſinuo vt dioceſes[c] que nunq̃ epiſcopos habuerunt, nō habeant[d]: ⁊ illa dioceſis que aliquando habuit, habeat proprium[e]. ſm hanc perſecutionem ſanctitatis veſtre eſt eſtimare q̄d fieri debeat. Ab vniuerſis dictum eſt, Placet.

Item ex Aphricano concilio tertio.

¶ Niſi cū volūtate epi dioceſes que ab eo retinentur, non recipiant ꝓprios epos.

Multis cōcilijs hoc ſtatutū eſt a cetu ſacerdotali vt plebes que in dioceſib⁹ ab epis retinenť, q̄ epos nūq̃ habuerūt: nō niſi cū volūtate eius epi a quo tenenť, ꝓprios accipiant rectores[f].

Item Gregorius Joāni epiſcopo[g] Lauſeo.

¶ Apoſtolica authoritas a iuriſdictione archiepi epiſcopos valet eximere.

---

vro. act. in princi. ⁊ C. cōmunia de leg. l. ij. circa finem. Tertio modo poſſunt vniri eccleſie: puta q̄ vtraq̃ remaneat epiſcopalis. ⁊ ſm hoc remanent duo epiſcopatus, licet idem ſit epiſcopus vtriuſq̃ eccleſie: ⁊ ſm hoc ſi primo ſubeant iſte eccleſie diuerſis metropolitanis propter illā vnionē neuter metropolitanus perdit ius ſuum: vt ex̄ de relig. do. ca. quia. ⁊ epiſcopus iſte erit ſub duob⁹ metropolitanis. In p̄mo caſu erit ſub illo cui pape placuerit, vel erit ſub metropolitano illius eccl'ie cui vnita eſt altera. illius ẽm naturā aſſumpſit. Et ſic imperator quandoq̃ vnit duas dignitates i vnam: vt in autē. vt iudices ſine q̄quo ſuffragio. §. illud. colla. ij.

a ¶ Explenit. ergo ſi eſſet viuus, non vniretur: vt. j. ea. multis. ⁊ ex̄ de eccle. edifi. ad audientiā. immo potius eo mortuo nō debent vniri, vt ex̄ ne ſede va. ca. j.

b ¶ Utrarūq̃. in vtraq̃ ergo erit ſedes epalis: vt. xxj. q̄ōe. j. relatio. Uel forte vbi ipſe elegerit habitare: et alia erit ſibi ſubiecta.

Poſtq̃. ¶ Caſus. Multe ciuitates: inter q̄s erat Treuerenſis ciuitas, intantum erant populis deſolate, q̄ proprios p̄latos habere nō poterant, nec erat ſpes illas eccl'ias reparandi, immo timebatur ne illarum eccleſiarū reliquie aſportarentur. et ideo Joanni epiſcopo Treuerenſem ciuitatē committit eaz ſue eccleſie vniendo. ⁊ dat ſibi liberā poteſtatē quatenus prout meli⁹ viſum fuerit ſibi, vigilāti cura cuncta diſponat.

Felix epiſcopus. ¶ Caſus. In concilio Carthaginenſi Felix epiſcop⁹ Seleucitan⁹ dixit vt in illis plebibus ponanť epi vbi quondā fuerūt, in alijs ⁊o nō: cui⁹ dictum concilium approbauit.

c ¶ Ut dioceſes. ſ. diſt. lxxx. epi. ⁊ ca. illud.

d ¶ Non habeāt. Niſi in caſu: vt. j. e. precipim⁹. xcix. diſt. nulli.

e ¶ Habeat proprium. Niſi in duobus caſibus. ſ. eo. ex temporis. xxv. queſt. ij. ita nos. licet ergo ciuitas ꝑ mille annos ſine epiſcopo fuerit, dū tamen epiſcopalis limes poſſit probari, non obſtat preſcriptio. j. queſt. iij. licet.

Multis concilijs. ¶ Caſus. Queſitum fuit in cōcilio Aphricano an plebes que ſūt in epiſcopatu alicuius, poſſint habere proprios epiſcopos, que ſcilicz nūq̃ epiſcopos habuerunt. Et reſpōdet q̄ non ſine voluntate illius epiſcopi a quo retineť. Et ſcias q̄ hec duo ca. inducunť ad probandum q̄ vnus epiſcopatus poteſt in duos diuidi epo cōſentiente, aliter non licz. quod non eſt verū quantū ad papā. ſz p̄ōt dici q̄ quedam concilia impetrauerant priuilegium a papa diuidendi vnum epiſcopatum in duos de conſenſu tamē epiſcopi cui⁹ erat epiſcopatus.

f ¶ Rectores. i. epiſcopos. Uidetur ergo q̄ papa non poſſit inuito epiſcopo nouuz facere epiſcopatum in dioceſi ſua: vt ſupra eo. ⁊ temporis. Hug. dicit hūc eſſe tenorem hui⁹ capituli q̄ nullus ſacerdos poteſt inſtitui ſine voluntate dioceſani epiſcopi.

[f] Com-moti.

Epo inuito an poſſit i ſua dioceſi nou⁹ epatus fieri.

g ¶ Joāni epiſcopo. ſupple ⁊ Joāni patriarche: q̄ archiepiſcopo Lauſeo ſcribit ꝑ Adriano.

F Rater noſter. ¶ Caſus. Anteceſſor Greg. exemerat Adrianū epiſcopū Thebane ciuitatis a iuriſdictione Lauſei archiepiſcopi, ⁊ Joannis patriarche prime Juſtinianе: poſt quam exemptionem prefati archiepiſcopus ⁊ patriarcha eum grauiter et iniuſte in quibuſdaʒ cauſis condemnauerūt. Nam archiepiſcopus in cauſis pecuniariis eum iniuſte ſpoliauit, patriarcha vo in cā criminali ipſuʒ inique depoſuit. Super quo cum querelam apud Grego. depoſuit honori ſuo ⁊ loco eſt reſtitut⁹, et precipit Lauſeo archiepo vt decetero nihil iuris ſuper eo vel ei⁹ eccleſia preſumeret vſurpare, ſʒ ſi qua cauſa fidei vel criminalis vel pecuniaria inter eos vertitur, per delegatos domini pape ſi mediocris eſt, vel per ſedem apoſtolicam ſi ardua eſt decidaẗ: contra quod ſi fecerit, ſciat ſe communione priuatū. Iteʒ precipit ei vt ſine dilatione omnes res ſacras vel alias mobiles vel immobiles ei reſtituat. de quibus ſi queſtio vertiẗ inter eos: in regia vrbe coram reſpōſali ventiletur.

F Rater noſter adrian⁹ thebane ciuitatis epſ ad Romanā vrbē veniens lachrymabiliter eſt conqueſtus de qbuſdā ſe capitulis a fraternitate tua, necnō[a] a Joāne prime iuſtiniane vrbis antiſtite iniuſte condemnatū. Deneqiſſimo autē dānādoqʒ ei⁹[b] iudicio al's ſum⁹ (iuuāte dño) tractaturi. Adrianū vero epiſcopū reperimus, ⁊ tuo cōtra ſacerdotales mores odio laboraſſe: ⁊ nullo iure pecuniariis in cauſis eum fraternitatis tue fuiſſe cōdēnatū ſententia. Quia igiẗ et ab antefato Joanne prime iuſtiniane vrbis epō contra ius canoneſqʒ depoſitus[c], honoris ſui gradu carere nō potuit: in ſua eū reformari eccleſia, atqʒ in ꝓprie dignitatis ordine decreuimus reuocari. Et cū oportuiſſet te ex eo dñici corporis communione priuari, ꝙ poſt admonitionem ſancte memorie deceſſoris noſtri contēptā (per quaʒ eum eccleſiāqʒ eius de tue iuriſdictione poteſtatꝫ exemit) rurſus in eis aliquid[d] tibi iuriſdictiōis ſeruare preſumpſeris: tamen nos humanius decernentes, cōmunioniſqʒ tibi ſacramentū interim conſeruantes, decernimus vt fraternitas tua ab eo eccleſiaqʒ ei⁹ omnem antehabite ſue poteſtatē iuriſdictionis abſtineat: ⁊ ſecundū ſcripta deceſſoris noſtri[e], ſi qua cauſa vel fidei vel criminis vel pecuniaria aduerſus prefatū Adrianum cōſacerdotē noſtrum potuerit euenire: per eos q̇ noſtri ſunt vel fuerint in vrbe regia reſponſales, ſi mediocris[f] eſt queſtio, cognoſcatur: vel huc[g] ad apoſtolicam ſedem (ſi eſt ardua) deducatur: quatenus noſtre audientie ſententia decidatur. Q̄ſ ſi cōtra hec que ſtatuimus, quolibet tēpore qualibet occaſione vel ſurreptione venire tētaueris: ſacra ſcias te cōmunione priuatum: nec eam te (excepto vltimo vite tue tēpore) niſi cū cōceſſa Romani pōtificis decernimus iuſſione percipere: res autē ſiue ſacras ſiue alias mobiles immobileſqʒ eius eccleſie quas hactenus diceris retinere (quarū notitiam nobis oblatam preſentibus annectimus literis) ſine aliqua ei fraternitas tua dilatione reſtituat de qb⁹ ſi qua inter vos q̄ſtio vertiẗ, volumus vt apud reſponſalem noſtrum in vrbe regia ventiletur. S i autem necdū in dioceſi alicuius epiſcopi illa loca aſſignata fuerint: ex vigore apoſtolice ſedis ꝓpriū epiſcopū accipiāt.

U nde Grego. iunior ſcribit Boniſacio epiſcopo.

¶ Ubi multitudo fideliū excreuit: ibi epī ſunt ordinandi.

P Recipim⁹[h] vt iuxta canonū ſtatuta vbi multitudo excreuerit fideliū, ex vigore apl'ice ſedis debeas[i] ordinare epiſcopos: pia tamen

a ¶ Necnon. a Joāne. ſub q̄ erat Lauſe⁹ metropolitanus de cui⁹ dioceſi fuit Adrian⁹, ſed fuit exempt⁹. ⁊

b ¶ Eius. ſcilicet Joannis.

c ¶ Depoſitus. etiam de facto. ſic xxiiij. q. j. audiuimus.

d ¶ Aliq̄d. Arg. ex eo ꝙ q̄s eximiẗ, videẗ exēpt⁹ vniuerſaliter etiā cum ſuis eccleſiis. in auten. vt eccle. ra. cē. an. gau. preſcrip. in princ. col. ij. quia beneficia principum large ſunt interpretāda: vt. ff. de conſtitu. prin. beneficiū. extra de dona. cum dilectus. xij. q. ij. qui manumittiẗ. ⁊. xxiiij. q. j. rogamus. ⁊ in auten. vt liberti decetero. §. ſi q̄s. colẗ. vj. j. ea. q. ij. viſis. arg. contra extra de relig. do. cōſtitutus. in fi. extra de dona. paſtoralis. eẋ de priui. ex ore in fi. ⁊. c. cū capella. ff. de fun. inſtru. l. queſitū. §. vlt. Jo. Quid iuris ſit de hoc, in queſtionib⁹ notaui diligēter. B.

Exemptio ſimpl'r an extimat vniuerſal'r

e ¶ Noſtri. Uidetur ꝙ per legatū vel etiam delegatum queſtio fidei ſit tractanda: cum tantum ad Petrū ſit referenda queſtio fidei. xxiiij. q. j. quotiēs. Sʒ dic ꝙ mediocres cauſas poſſunt epiſcopi tractare: vt extra de here. ad abolendā. ſed magnas non: vt extra de here. cum Chriſtus.

Cauſas mediocres tractāt epi.

f ¶ Si mediocrꝫ. Uideẗ ergo ꝙ delegat⁹ criminales cauſas poſſit audire: vt. ij. q. vj. decreto. C. de offi. ꝓcon. l. j. Argu. contra. ff. de offic. procon. ſolent. extra de offi. lega. quod tranſlationē. Sed dic ꝙ mediocres cauſas appellat cum tale eſt crimen quod non inducit depoſitionē: in quo poteſt interuenire ꝓcurator: vt. ff. an p aliū cauſe appell. red. poſſ. l. j. ⁊ vbi non eſt op⁹ inſcriptione: vt. ff. de accu. leuia. Uel dic ꝙ cognoſcere poteſt legatus de crimine epiſcopi, ſed non deponere. Uẗ dic ꝙ poteſt pronunciare aliquem deponendum, ſʒ euʒ condemnare non poteſt. ſic. ij. queſtione. vj. biduuʒ. ver. ſi quem enim in inſulam.

Delegatus vtrum crimiales cauſas audire poſſit.

g ¶ Uel huc. Hic argue legatū non poſſe oīa que delegans: quod verum eſt, niſi ei ſpecialiter aliq̄d fuerit permiſſum: vt xxv. queſtione. ij. in galliarum.

h P Recipim⁹. Arg. ꝙ ſine anthoritate pape epātus nō fiūt. ⁊ arg. vij. q. j. mutationes.

i ¶ Debeas. Ut tamē habeatur conſenſus epiſcopi ſi regio illa eſſet intra dioceſim alicuius epiſcopi: quia quicquid excreſcit, ſpectat ad epiſcopū: vt extra de deci. quoniam. Joannes.

¶ Sicut duo epiſcopatus. ¶ Caſus. Supra dictum eſt in ca. ⁊ temporis qualitas. et .c. poſtq̄. et .c. felix. q̄ duo epiſcopatus in vnū redigi poſſunt: ⁊ vnus in duos poteſt diuidi. Nunc dicit Gratianus q̄ ep̄s poteſt ſimiliter vnam eccleſiam ſibi ſubiectam in duas diuidere et ecōuerſo cum conſenſu ſuorum clericorū: et facta diuiſione / noua eccleſia ſoluta erit a iure prioris eccleſie: et niſi hoc fieret, multitudo eccleſiarū ad paucitatem reducere tur: plures tamen baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere nō poteſt epiſcopus.

¶ Plures ¶ Caſus. Statutum eſt in concilio Toletano vt itra vnam terminationem non ſint plures eccleſie baptiſmales: ⁊ ſi cōtētio fuerit de terminatione duarum matricū eccleſiarum, populi vtrarumq̄ amicabiliter cōponāt: ſinaūt / lis dei iudicio diſcernat.

contemplatione, vt non vileſcat dignitas epiſcopatus.

Sicut duo ep̄atus ſupraſcripto modo in vnū poſſunt redigi, ⁊ vnus in duos valet diuidi: ſic etiā ep̄s de baptiſmalibus ⁊ parochianis eccleſiis facere pōt cum cōſenſu ſuorū clericorū. qđ cuȝ factū fuerit, illa pars populi que nouis eccleſiis ſupponitur, a iure prioris eccl̄ie abſoluit. hoc niſi fieri poſſet, multitudo eccleſiarum ad paucitatē redigeret. Plures autem baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere non poteſt. Unde in Toletano cōcilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptiſmales eccleſie eſſe non poſſunt.

Plures baptiſmales eccleſie in vna[a] terminatione eſſe nō poſſunt[b], ſȝ vna tātūmodo cum capellis ſuis: et ſi contētio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes[c] vtrarūq̄ diſcernāt[d]. et ſi non conuenerint, lis dei iudicio[e] diſcernatur.

Ius ergo eccleſiarum ita interpretandum eſt, vt niſi epiſcopo diſponente aliis eccleſiis fuerit aſſignatuȝ: in nullo priorum redituum diminutionem patiantur.

Unde Anaſtaſius ep̄s.

¶ Cōione priuetur qui decimas vel oblationes extra ep̄i conſcientiā tenere voluerit.

Statuimus vt ſi quis oblationes[f] eccl̄ie vel decimas quas pp̄l's dare debet, tenere cōtenderit: vel extra baptiſmalem[g] eccleſiā dare voluerit preter cōſciētiam ep̄i vel eius cui huiuſcemodi officia cōmiſſa ſunt, nec cum eorum voluerit agere cōſilio: bānum[h] noſtrum componat, et communione priuetur.

Cum addit, extra conſcientiam epiſcopi: intelligendum relinquit q̄ epiſcopo conſentiente aliis eccleſiis dari poſſunt. Idem.

¶ Iuxta diſpoſitionem epiſcopi decime diſtribuantur.

¶ Caſus. In ca. ſupra quileq̄. dictum eſt vt antiquiores eccleſie ius ſuum non perdant ꝓpter nouas: quod verum eſt (ſicut Gratianus hic interpretatur) niſi authoritate epiſcopi aliis eccleſiis fuerit aſſignatum: et ad hoc inducit ſequens capi. Et hoc intelligit Hug. de eccleſiis q̄ tantuȝ ad epiſcopum ſpectant. de aliis non poteſt ſine conſenſu clericorum.

Statuimus. ¶ Caſus. Statuitur in hoc cap. q̄ ſi quis ſua authoritate decimas vel oblationes q̄s debet populus dare, contēderit retinere: vel extra baptiſmalem eccleſiam p̄ter cōſcientiam epiſcopi vel eius cui huiuſmodi officia ſunt commiſſa / decimas dare voluerit: pena pecuniaria ⁊ excōmunicatione puniatur. Oblationes in teſtamento relictas. Uel pōt dici q̄ oblationes debite ſunt, et homines ad hoc cōpelluntur: vt .j. ea. q. in canonibus.

a ¶ In vna. ⁊ intra eoſdē limites.

b ¶ Nō poſſunt. Ita q̄ habeāt eoſdē limites. ex quo eñ ſunt baptiſmales, debēt habere limites diſtictos: vt .xiij. q. j. c. j. vn⁹ enim tantum debet eſſe princeps. vij. q. j. in apibus.

c ¶ Plebes vtrarūq̄. Arg. q̄ qui rem meli⁹ nouerūt ſiue ſint domeſtici ſiue extranei / potius debent eſſe teſtes q̄ alij / licet ſint domeſtici vel conſanguinei: vt ex̄ q̄ ma. accu. poſ. videtur. in fi. et extra de teſti. veniens. in fi. C. de repud. conſenſu.

d ¶ Diſcernant. Uel per arbitrium vel per amicabilem compoſitionem. ſuperioris tamen authoritas eſt neceſſaria. extra de tranſac. decetero. et ca. ſtatuimus. et extra de arbi. per tuas. al's laicus non poſſet eſſe iudex in ſpiritualibus vt extra de iudi. decernimus. et .c. ſeq. et in conſtitu. Innocen. contingit. que eſt de arbi. Et eſt hic arg. q̄ ſpiritualis cauſa laico poteſt committi. xxxij. diſt. §. verum.

Hoc not. iij. q̄o. v. in ſūma. ⁊ ca. j. et xxiij. q. ij. ſup prudētia.

e ¶ Iudicio. Id eſt iuramento: vel etiam ſortibus: quibus dei volūtas oſtenditur. xxvj. q. ij. §. j. ⁊ ca. ſors. Uel dei iudicio. i. eccleſiaſtico. iij. q. v. q2 ſuſpecti. verſi. veniat. xij. q. j. futuram.

Scȝ honeſtis: et hoc tenet h.

¶ Ius ergo. ¶ Hec eſt ſexta pars q̄ſtionis, in qua probare intendit q̄ oēs eccleſie cum rebus ſuis ſint in ep̄i poteſtate: nec decime ſine eius licentia alibi poſſint dari: et q̄ ep̄s debet illas diſpenſare ſm̄ deum prout ſibi videbitur melius expedire. Jo. de fan.

f ¶ Oblationes. argu. q̄ excōicari poſſunt laici q̄ nō dāt ſacerdotibus oblationes (ſcȝ debitas) vt .j. de cōſe. diſt. j. oīs chriſtianus. qđ Hug. intelligit etiam de gratuitis oblationibus ſi clericus nō habet vnde ſuſtentetur. arg. extra de ſimo. cum ſit. argu. contra. xcj. diſt. clericus. xij. q. ij. charitatem.

g ¶ Baptiſmalem eccleſiam. Decime ergo ſoluende ſunt baptiſmalibus eccleſiis. Argu. ſ. ea. de decimis. et .j. eod. in ſacris. quod verum eſt de predialibus: ſed perſonales debentur parochialibus eccleſiis: vt .ſ. ea. queſti. et dixi. ſ. ea. quicunq̄. Item patet q̄ epiſcopus poteſt auferre decimas vni eccleſie ⁊ dare alteri: vt dixi. ſ. e. eccleſie.

Decie cui eccleſie ſunt ſoluēde.

h ¶ Bannum noſtrum. Sexaginta ſolidoꝝ: vt in Lōbarda cōtinetur. et ſic ſemper intelligitur vbi non determinatur. Et eſt hic argum̄. penam pecuniariam ab eccleſia poſſe infligi. xviij. diſt. q̄m̄. extra de rap. in archiepiſcopatu. argu. xxiij. q. v. quid ergo. Argum̄. contra extra de penis. licet. Item argu. q̄ iudex poteſt aliquem contumacem excommunicare, et aliter punire: quod non eſt verū: vt extra vt lite non conteſtata. quoniam. in fine.

Eccl'ia pōt penā pecuniariā infligere.

¶ Cum addit. ¶ Caſus. Dictum eſt .ſ. q̄ preter conſcientiam epiſcopi decime aliis dari non debent. Nunc vero a ſenſu cōtrario (vt dicit Gratianus) datur intelligi q̄ ep̄o conſentiente aliis dari poſſunt.

IN ſacris. ¶ Caſus. Conqueſti ſunt quidā archipreſbyteri de quibuſdā laicis qui decimas eccleſijs baptiſmalibus ſubtrahentes epī diſpoſitione contempta, dabant eas illis eccleſijs quas edificauerant in proprijs predijs vel in feudis, vel alijs eccleſijs, et ideo ꝓhibet Anaſtaſius ne hoc de cetero fiat. Similiter ꝛ illi. Et nota ꝙ in principio ſunt v̾ba Symmachi, ibi: Si quis oblationes: ſunt verba concilij, et caute conſidera que ſunt verba concilij legendo. Et loquitur iſtud cap. de immunitate rerum eccleſie: ſeq̄ns vero capi. de immunitate rerum clericorum.

a ¶ In beneficijs id eſt feudo. et eſt arg. ius patronatus cū feudo trāſire, niſi fuerit exceptum: vt extra de iur. patro. ex literis. arg. cōtra. j. e. q. vij. nemini. ꝛ illis vero eſt ſingl'r. ſed cuꝫ vniuerſitate bn̄. ff. de contrahē. emp. in modicis. ẜm L.

¶ Cum aūt ¶ Caſus. Dictū eſt. ſ. in ca. proxi. ꝙ reprehendūtur qui cōtēpta epī diſpoſitiōe decias alijs eccleſiis tribuūt. Nūc vero a ſenſu contrario colligit Gratianus ꝙ ſi eo diſponente hoc faciūt, irreprehenſibiles inueniūtur.

IN canonib⁹. ¶ Caſus. hoc capi. diuiditur in tres ptes. In prima parte anathematizatur q̄cunq; oblationes alteri⁹ eccleſie vel accipere vel alteri dare volunt preter conſenſum epī vel alterius ad quē huiuſmodi ſpectant officia: cū iniquū ſit ab aliq̄b⁹ vſurpari quod relictū eſt ꝓ remedio animarum, et maxime a chriſtianis ꝛ principib⁹, a quibus res eccleſiaſticas cōuenit cuſtodiri. In ſcd̄a dicit ꝙ q̄cūq; res eccl'ie ſua authoritate vl' authoritate pricipis inuaſerit: niſi cōmonitus reſipiſcat, debet excōicari. In tertia parte oſtēdit hoiem inobedientē excommunicandū. ꝛ hoc probat authoritate dn̄i. Scd̄a pars incipit ibi: Generaliter. tertia ibi: al'as cōcilio.

IN ſacris canonib⁹ prefixum eſt vt decime iuxta epī diſpoſitionem diſtribuant. Quidā aūt laici q̄ vel in ꝓprijs vel in bn̄ficijs[a] ſuas habēt baſilicas: contēpta epī diſpōne, non ad eccleſias vbi baptiſmum ꝛ predicationem et manus impoſitionē et alia xp̄i ſacramēta ꝑcipiunt, decimas ſuas dant: ſed ꝓprijs baſilicis vel alijs eccleſiis ꝓ ſuo libitu tribuunt: qd̄ oibus modis diuine legi et ſacris canonibus cōſtat eſſe cōtrarium. vnde veſtram poteſtatem vt eos corrigatis expetimus.

Cum aūt reprehendūtur qꝛ cōtēpta epī diſpoſitione hoc faciunt: intelligitur ꝙ ſi epō diſponente hoc fecerint, irreprehenſibiles inueniantur.

Item Symmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis Rome dixit.

¶ Anathema ſit qui preter epī cōſciētiā decimas ꝛ oblationes diſpenſare voluerit.

IN canonibus in Gangrēſi eccl'ia ꝛ apl'ica authoritate cōditis de fructuuꝫ oblatiōnib⁹ que miniſtris eccleſie debentur, et de his que in vſus pauperū cōferuntur, ſcriptū habet. Si q̄s oblationes eccleſie accipere vel dare voluerit preter epī cōſcientiā vel eius cui huiuſcemodi ſunt officia cōmiſſa, nec cum eius voluerit agere conſilio: anathema ſit. Et iteꝝ in eodē cōcilio Gangrenſi. Si q̄s oblata deo dederit alteri, vel acceperit preter epī vel eius conſenſum qui ab eo inſtitut⁹ eſt ad diſpenſandum miſericordiam pauperibus: et qui dat et qui accipit, anathema ſit.

Valde ergo iniquū ꝛ ingens ſacrilegium eſt, quecunq; vel ꝓ remedio pctōꝝ, vel ꝓ ſalute aiaꝝ ſuaꝝ aut requie vnuſq̄ſq; venerabili eccl'ie cōtulerit aut certe reliquerit: ab his a q̄b⁹ maxime[b] ſeruari conuenit xp̄ianis et deū timētibus hoib⁹, ꝛ ſup oia a pricipibus[c] et primis regionum in aliud transferri et conuerti. et. j.

¶ Gn̄aliter v̾o q̄cūq; res eccleſie cōfiſcare[d] aut cōpetere vel peruadere periculoſa ſua infeſtatione preſumpſerit: ſil'r et hi q̄ res eccl'ie iuſſu vel largitione pricipū vel quorūdā potētū[e], aut quadā inuaſione vel tyrānica ptāte tenuerint, et filijs et heredibus ſuis (vt a q̄buſdā iā factū audiuim⁹) quaſi hereditarias reliq̄rint niſi cito[f] res dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint: ꝑpetuo anathemate feriant̄. Iniquū em̄ eſſe cēſemus vt poti⁹ cuſtodes chartaꝝ[g] q̄ꝫ defenſores rerū creditaꝝ (vt preceptum eſt) iudicemur. et. j. Ferro em̄ abſcindēda ſunt vulnera que fomenta nō ſentiūt. ¶ Sil'r ꝛ illi extorres debent fieri ab eccl'ia q̄ ſacerdotali admonitiōe nō corrigūtur, dicēte dn̄o: Auferte malum ex vobis. Uniuerſa ſynodus ſurgens acclamauit: Ut ita fiat, rogamus. Dictuꝫ eſt octies: Exaudi xp̄e. Symmacho pape vita ſit: dictum eſt duodecies.

Idem.

¶ Eadem plectuntur pena, qui eccleſie res ꝛ bona epiſcoporum inuadunt.

SImiliter ꝛ hoc ad oim̄ eccleſiaꝝ notitiam veſtra ceterorūq; exhortatione et indicio cēſemus peruenire

b ¶ Maxime. quē quis tenetur defendere contra alios: multo forti⁹ contra ſe. ff. ſi ſer. vendi. altius. xix. diſt. nulli fas. j. eo. nulli epiſcoporū. extra de nat. ex li. ven. c. vnico.

c ¶ A principib⁹. Quib⁹ Chriſtus eccleſiam commiſit. xxiij. q. v. principes.

d ¶ Confiſcare. ẜm leges veteres bona damnatorū confiſcabātur. hodie ſecus: vt. C. de bonis damna. autentic. bona. Res autem eccleſie nō poſſunt confiſcari: vt. ſ. eo. placet. arg. contra extra de preſcrip. ſi diligenti. Eccl'ie res cōfiſcari n̄ pn̄t.

e ¶ Potentum. Nota authoritatem maioris in illicitis non excuſare. xij. q. ij. q̄cūq;. et ca. de rebus. xj. q. iij. ſi dn̄s. et. j. e. q. vij. decias. xxv. q. j. om̄e qd̄. xxxvj q. ij. nullus. argu. cōtra. lxiij. diſtinc. ſalonitane. xiiij. q. v. dixit.

f ¶ Niſi cito. primo tn̄ videtur cītād⁹ princeps cui⁹ authoritate res eccleſiaſtica tenetur vt. xij. q. ij. d̾ reb⁹. ſed illud ob ſcādalum principis. ſed non eſt ita. j. Co. v. d.

g ¶ Chartarū. i. librorū: qꝛ epš non debet ſemꝑ libris inſiſtere: vt. lxxxvj. diſt. fratrem.

SImiliter ⁊c̄. ¶ Caſus. In hoc cap. dicitur ꝙ res epōrum patrimoniales eſſe eccleſie nō dubitantur: et ideo ſil'r de=

bēt ꝑuilegio gaudere. vñ ſi q̄s eas inuaſerit niſi admonit⁹ reſipiſcat, ſicuti ꝑpter res eccl'ie, ita ꝑpter res ep̄orū excōicari dʒ. Et nota qḋ dicit̄ de reb⁹ ep̄oꝝ, eſt intelligendū de reb⁹ omniū clericoꝝ.

Eccl'ie ꝛ clericoꝝ bona eodē potiunt̄ priuilegio.

a ¶ Eccl'ie. Quia epiſcop⁹ eſt in ipſa eccl'ia: vt. vij. q. j. ſcire. Ex hoc ca. cōſueuit dici ꝙ res clericoꝝ eodē gaudent priuilegio q̄ res eccl'ie. xij. q. ij. eccl'iaꝝ. ꝛ. lxxxvij. diſt. eos. vnde videtur ꝙ eque cōmittat̄ ſacrilegiū in rebus clericorū ſicut in reb⁹ eccleſie. Uel dic ꝙ ſunt res eccl'ie quo ad defenſionē: qꝛ eccleſia dʒ eas defēdere ſicut ſuas. xij. q. ij. de laicis. ꝛ lxxxvij. diſtic. eos. Uel dicunt̄ eccl'ie quo ad hoc: q̄a ſi dānificat eccleſiā ep̄s, eccl'ia habet recurſum ad res ſuas: vt. xij. q. iiij. quicunq̄. vnde dico ꝙ oēs res clerici ſūt obligate ſue eccl'ie, ſicut res mariti vxori: vt eſt̄ de pig. ex literis. C. q̄ po. in pig. l. vlti. ſicut et res tutoris pupillo. vnde qui minor eſt. xxv. annis, non debet eſſe prelatus, cum res ipſius non poſſint obligari eccl'ie: vt C. de legi. tut. l. vlti. Nec obſtāt contraria hic ſignata ꝫ. xij. q. iij. ep̄us. ꝛ qō. ij. ſint manifeſte. vbi dicitur ꝙ alie ſunt res eccleſie, alie epiſcopi: et hoc fateor. ſed dicuntur eſſe eccleſie quo ad ea que dixi. xij. q. v. ſi epiſcopus.

! hoc ītellige vt eſt̄ de vita et ho. cle. cap. ſi. Archi.

ꝛ ab oībus firmiter teneri (qꝛ res ep̄oꝝ eſſe eccleſie [a] nō dubitātur) ſi in eorū facultatib⁹ ſimili [b] fuerit crudelitate craſſatū, ꝑuaſores rerū memoratarū predicta canonū diſtrictione feriantur: vt qui moꝛtibus ꝑpꝛijs ac nulla conſciētie caſtigatione corrigunt̄, ſaltem eccl'iaſtice et canonice vindicte perfodiantur aculeis.

Itē ex libro capituloꝝ Caroli ꝛ Lodouici imperatoꝝ.

¶ Res eccl'ie principū authoritate diſtribui nō poſſunt.

Quia iuxta ſanctoꝝ patrum traditionem nouimus res eccleſie vota fidelium eſſe, precia peccatorū, et patrimonia paupeꝝ: cuiq̄ nō ſolū habita conſeruare, verūetiam (deo opitulante) conferre optamus. vt autē ab eccleſiaſticis officijs de diuidendis [c] rebus eccleſie ſuſpitionē dudū conceptā penitus amoueamus, ſtatuim⁹ vt neq̄ noſtris, neq̄ filioꝝ [d] ꝛ deo diſpenſante ſucceſſoꝝ noſtroꝝ temporibus vllā penitus diuiſionem aut iacturam patiantur. Cum ergo preter conſcientiam epiſcopi, vel eius cui officia huiuſcemodi commiſſa ſunt, quilibet prohibet oblationes eccleſie diſtribuere: liquido apparet ꝙ cum epiſcopi conſenſu quibuſlibet eccleſijs poſſint diſtribui.

Huic interpretationi videtur contraire authoritas illa Toletani concilij.

¶ Nihil de iure ſue dioceſis epi preſumant auferre.

Conſtitutum eſt a preſenti cōcilio ep̄os dioceſes ſuas ita regere, vt nihil ex earum iure preſumant auferre [e]: ſʒ iuxta priorū authoritatem concilioꝝ tam de oblationib⁹ q̄ꝫ de tributis ac frugibus tertiam [f] cōſequantur. Q̄ſi amplius [g] quippiam ab eis preſumptum extiterit, per concilium reſtauretur: appellantibus ipſis conditoribus [h] aut certe ꝓpinquis [i] eoꝝ ſi iam illi a ſeculo deceſſerunt.

Item Symmachus papa.

¶ Poſſeſſiones eccleſie derelictas nulli ſit alienandi licentia.

Poſſeſſiōes quas vnuſquiſq̄ eccleſie propꝛio

vult probare contrarium.

Conſtitutum. ¶ Caſus. Epiſcopi res eccleſiarum auferebant: et ideo conſtitutum fuit in concilio Toletano vt nihil de rebus earum preſumant auferre, tertiam tamen partem de eccleſiarum obuentionibus conſequātur: et ſi contra hoc fecerint, per conciliū reſtaurent̄ conditoribus eccleſiarum vel eorum heredib⁹ ſuꝑ hoc appellantibus.

e ¶ Auferre. Niſi in caſibus. xij. q. ij. bone rei. ꝛ. x. q̄ſtione. ij. hoc ius. extra de eccle. edifican. ad audientiam.

f ¶ Tertiā. Alibi dicitur ꝙ quartam. xij. q. ij. conceſſo. alibi ꝙ medietatem. x. qōe. j. antiquos. ſed loci conſuetudo eſt obſeruanda: vt dicit Gratian⁹ in ſequēti ꝫ. et. x. q. iij. ꝫ. cathedraticum. vel dic diuerſitas tempoꝛū ſoluit cōtrarium. ij. q. j. ſi peccauerit.

! de hoc ſatiſ no. x. q. j. ꝫ his. ibi videas Archi.

g ¶ Q̄ſi ampli⁹. Et ſi fecerint, quaſi cōcuſſores ſunt in quadruplū puniendi: arg. xviij. diſtinct. quoniam quidem. xxiij. q. j. militare de aſſeſ. l. iij.

h ¶ Conditoribus. id eſt patronis, q̄ poſſunt male alienata repetere: vt. j. ea. qōne. vij. filijs. immo quilibet de populo hic admittitur. xij. qōne. ij. non liceat. Sed nunquid patronus laicus poteſt criminaliter clericum accuſare de dilapidatione, cum ſuam iniuriam perſequatur? argu. ꝙ ſic. j. q. vij. filijs. ꝛ arg. xxiij. diſtinc. illud. Nam ipſoꝝ intereſt: vt. j. ea. q. vij. quicunq̄. Simili ratione videtur ꝙ quilibet de populo: qꝛ reipublice intereſt ne res eccleſie male tractentur: vt. ij. qōne. j. prohibētur. in fine. ſed tamen ſecus eſt: vt notaui. ij. q. vij. in ſumma. ꝛ cap. preſumunt. Et eſt argumen. ad hoc. xxviij. diſt. conſulendum.

Patron⁹ laic⁹ an poſſit clericū de dilapidatione criminal'r accuſare.

i ¶ Propinq̄s. Jus em̄ patronat⁹ trāſit ad filios: vt. j. ea. q. vij. filijs etiā ꝙuis heredes nō ſint: arg. ff. de iure pa. filij. ff. de reli. qḋ pater. ꝛ ad heredes extraneos: vt j. q. vij. ſi plures. ff. de ope. li. fabriles. ꝛ arg. cōtra. ff. e. ſi operarum. ꝛ. C. e. liberti. Jo.

Poſſeſſiones. ¶ Caſus. Epiſcopi alienabant poſſeſſiones eccl'iarū q̄s q̄s dederat in vita, vel in moꝛte reliq̄rat. ſʒ papa Symmach⁹ ꝓhibuit vt hoc nullo

b ¶ Simili. quā premiſim⁹ circa res eccl'iaſticas.

Quia iuxta. ¶ Caſus. Lodouic⁹ et Carol⁹ legem ſanxerūt in perpetuum valituram: vt quia res eccleſie ſunt vota fidelium, et precia peccatoꝝ, ac patrimonia pauperū, nulli liceat eas ab eccleſia remouere ſub pena excommunicationis.

c ¶ Diuidendis. id eſt ſeparandis ab eccleſia. conſueuit tamen hoc capi. induci ad probandum ꝙ res eccleſiarū non poſſunt diuidi per prebendas: vt dixi. xij. q. j. cap. vltimo.

! Contrario ſtandū eſt: ꝛ lō cante ħ ſt deo diſpenſante.

d ¶ Neq̄ filioꝝ. Arg. aliquē ſuo ſucceſſori legē poſſe indicere: vt. xij. q. ij. nō liceat. lxiij. diſt. ego. arg. contra. ij. q. v. mandaſtis. vbi de hoc.

¶ Cum ergo. ¶ Caſus. Dictū eſt ſupra ꝙ cum epiſcopi cōſenſu oblationes vni⁹ eccleſie alijs diſtribui poſſunt: vt innuitur a cōtrario ſenſu: ſed Gratianus nunc

modo fiat niſi in tribus caſibus,ſcꝫ clericis bene meritis,vel monaſterijs religionis intuitu,vel peregrinis ſi largiri neceſſitas ſuaſerit: ⁊ hoc faciant non perpetuo,ſed ad tempus.

a ❡ Non perpetuo. hoc verbum perpetuo.ſpectat tantum ad clericos ſm ꝙ exponit S.j. eo.§.illud.Sꝫ hec veritas eſt ꝙ monaſterijs ⁊ pijs locis poteſt dari aliquid perpetuo: vt.j.e.qõe.ij.viſis. et xij.q.ij.ſi quos. et cap. eccleſiaſticis. Si autē ſimpliciter datur aliquid perſone, intelligo pſonaliter eſſe datum.ē.x.qõ.ij.hoc ius.ſi eccleſie datur,intelligo donationem eſſe perpetuam: vt.j.e.ca.vlti.extra de inſti.cū veniſſent. nam cū res intelligatur data vſqꝫ ad mortem hominis, et eccleſia non poſſit mori.xij. q. ij. liberti. ſemper intelligitur perpetuo eſſe datum quod eccleſie datur. Sꝫ ſi quis dederit eccleſie tantum vſum rei:non ꝓprietatē, in hoc caſu vtitur eccleſia re illa vſqꝫ ad cētū annos:qꝛ hec etas longeui hominis eſt.ff.ð vſufru.an vſuſfruct⁹. et.C.de ſacroſanc. ec.l.vt inter. Sed nunquid epūs ſine canonicis temporalem donationem facere poteſt? Dico ꝙ ſic:quia tantum perpetue cōceſſiones ſpectāt ad alienationē:vt extra de his q̄ fi.a prela.ſine conſen.c.tua. †xij.q.ij.bone.ſecus fit in cōceſſionib⁹ eccleſiarū:q̄ licet tēporales ſunt, tamē ſolus non cōcedet niſi hoc habuerit ex conſuetudine: vt extra de his que fi.a prela.ea noſcitur.arg.tamē contra.xij.q.j.epūs vbi nec fructus poteſt epūs dare ſine cōſcientia cleri ſui. Jo.

Uſuſfructus eccl'ie relict⁹ durat centū annis.

† Ad idem extra.vj.de re.ec.nō alie.dudū vbi de hoc.

¶ Res eorum qui ex clero labūtur: ſimul cum ipſis monaſterio tradantur.

De lapſis ſacerdotibus vel quolibet ex clero obſeruare te volum⁹ vt in rebus eoꝝ nulla contaminatione miſcearis: ſed pauperrima reglaria monaſteria require, que ſecundum deum viuere ſciūt: et in eiſdem monaſterijs ad penitentiā lapſos trade: et res lapſorum in eo loco proficiant in quo agere penitentiā tradūtur: quaten⁹ ipſi ex rebus eorum ſubſidiū[h] habeant qui de correctione eorum ſolicitudinem gerunt. Si vero parentes habent, res eorū legitimis parentib⁹ dentur: ita autem vt eorum ſtipēdia qui in penitentiā dati fuerint eos ſufficienter debeant procurare. ¶ Si qui vero ex familia eccleſiaſtica ſacerdotes vel leuite vel monachi vel clerici vel quilibet alij lapſi fuerint, dari eos in penitentiā volumus,

a ¶ Depoſitio. licet mala fuerit: et hoc ꝓpter ſcandalum. ſic.iij.q.vj. hoc quippe.

b ¶ Delictum. ſic xviij.q.ij. eleutherius, contra.

c ¶ Perſone .J. xxv.q.ij. ita nos. cōtra. ſ; ibi potius puniti ſunt delinquentes ꝙ̄ eccleſia. vel bene punit eccleſia non in honore, ſed in facultatibus ob delictū pſonarū. ſ.e.q.iij. placuit.

d ¶ In damnuz eccl'ie. xxv.q.ij. ita nos. contra. ſed ibi poti⁹ puniunt delinquētes ꝙ̄ eccleſia. Itē cōtra. ſ.e.q.iij. placuit. ſ; delictum quod conſiſtit in omittendo, bene ꝑiudicat eccleſie: ſed qđ in faciēdo, nequaꝙ̄: alienare tamē dicitur qui vſucapere permittit. ff. de verbo. ſig. alienationis. Itē contra. ſ.liiij. diſt. ſi ſeruus. ibi dicit ꝙ ꝓ vno ſeruo eṗs duos debet recōpenſare dn̄o. ſed intelligēdū eſt illum debere reſtituere duos nō de rebus eccleſie, ſ; de rebus proprijs ſi quas habeat.

e ¶ Rēddant. l; ad eū nō ꝑuenerit, tenet ex maleficio defūcti, ſm canones ex̄ de pig. c.iij. xij.q.ij. eṗs q̄ filios. ar. xcvj. diſt. bene quidē. ex̄ de rap. in literis. ſicut heres defuncti tenet condictione furtiua. ff. de condi. furti. ſi pro fure. §. cōdictio. ff. vi bo. rap. l.ij. §. vl. q: illa oritur ex maleficio, etiā ſi lis cū defuncto cōteſtata nō ſit: immo preſumit ꝑueniſſe ad eū, ex quo in vniuerſuz ſuccedit: arg. ex̄ de vſur. tua. ſed hoc ideo, q: ibi defunctus fuit obligat⁹ ex quaſi ꝯtractu ꝓpter indebitū ſolutū: ⁊ bene ꝯuenit heres l; ad eū nihil ꝑuenerit. S; obijcit: ſi ꝓ vſur; repetēdis agit actiōe ex q̄ſi ꝯtractu, q̄d ad eccleſiā ſi agit ex ꝯtractib⁹ rōne pacti: ergo heres non eſt cōueniēd⁹? R̄ndeo: l; ex ꝯtractu agat, tn̄ verſat ibi delictū: vnde heres pōt ꝯueniri: vt. ff. de ac. ⁊ ob. l. ex contractu. ſm legē autē nō tenet ex delicto defuncti niſi lite conteſtata. C. ne ex delic. defun. l.j.

Cognouim⁹.¶ Caſus. Quidā clerici delinquebāt: epi tamen non ipſos puniebāt, ſed eorū eccleſias ſuis bonis ſpoliabāt, quare p̄cepit Greg. vt clerici delinquentes perſonaliter puniantur...

f ¶ Nō in ipſuz. id eſt nō ꝓpria, ſ; eccl'ie. pōt em̄ in ꝓpria puniri. xxj. q. vlt. ſi quis cuiuſlibet. ſi illā penam plus timeat.

g ¶ A cōione. ſc; rerum eius. i. non cōmunicemus facultates ei⁹ nobis ſ; loc⁹ in quo actarus eſt penitentiā, deputetur: vt ſ.e. de lapſis. Uel cōmunione rerum eccleſie ſibi cōmiſſe. nō em̄ propter hoc res ſunt eccleſie auferende, lic; hoc quotidie fiat ab epis: ⁊ forte nō min⁹ iniuſte, cū pena pecuniaria magis timeat ꝙ̄ corporis: ⁊ ideo iuſte videtur poſſe fieri arg. xxiij.q.iiij. es vindicta. extra vt lit. non conteſtata qm̄. in fi. Et intelligunt quidā hoc tm̄ eſſe de libertis eccleſie ꝓmotis q̄ omnia que acquirūt, ipſi eccleſie acquirūt: vt extra de ſer. non ordi. ca. iij. vnde ne propter eorum delictū dānificetur eccleſia, ſtatuitur hic vt puniant in perſona, ⁊ non in rebus. Res em̄ eccleſie non poſſunt cōfiſcari: vt. ſ.e.q.j. in canonibus. ⁊ §. nouarum.

De lapſis.¶ Caſus. Diuidit in duas partes. In prima parte loquitur de ſecularibus, quos precipit Greg. in pauperib⁹ monaſterijs ſi deliquerint detrudi ad penitentiā agendam: ⁊ vt res eorū eiſdem monaſterijs tradantur: vt monachi ſubſidium habeāt de rebus eoꝝ, cum onus accipiant perſonarū. ſi vero parentes habēt, res eoꝝ parētibus tradātur: ita tamen vt prouideant in neceſſarijs clericis retruſis ad penitētiam. In ſecūda parte loquitur de clericis regularib⁹ qui cum delinquunt, in alijs locis religioſis debent ad penitentiam redigi: ſed res eoꝝ prioribus eccleſijs nō ſubtrahant: ita tamen vt priores eccleſie in neceſſarijs eis ſubueniant: ne locis in quib⁹ poſiti fuerint, ſint oneroſi. Secunda pars incipit ibi: ſi qui vero. Hug. tamen dicit ꝙ ſecunda pars intelligit de illis clericis q̄ fuerūt ſerui eccleſie alicuius: quorum res debent dimitti illi eccleſie cuius prius fuerant ſerui.

h ¶ Subſidiū. Arg. ad quē ſpectat onus ⁊c̄. xij.q.ij. charitatē. xxvij.q.j. ſi q̄s rapuerit. ſ.l. diſt. ſi q̄s eṗs. ſ. xij.q.v.c.vl. ff. de. reg. iur. ſm naturā. Nā naturale eſt cōmoda eum ſequi. ⁊c̄. C. de fur. ⁊ ſer. cor. l. ſi. §. ſed cū.

Marginal notes:

et metū pnci pis hoc factum fuit, ſc; ꝙ depoſitio fuit cōfirmata: arg. ſ. ſ.e.q.i. frater.

Heres ſi an teneat ex maleficio defuncti. Cōc. ex. i.l. veter; . C. de ꝯ: h; ē. ⁊ cō met. ſti pu. ⁊ in l. vnica C. vt ac. ab he. ⁊ ꝯ here.

Sec; ſi bi ꝯmiſſe, et ſic facit ad ꝓpoſitū Gra.

Eccl'ie res nō ꝯfiſcāt.

ſed res eorum ecclesiaſtico iuri nõ ſubtrahi: ad vſũ tñ ſuũ accipiãt vnde ad penitẽtiã ſubſiſtãt: ne ſi nudẽtur, locis in quibus dati fuerint, ſint onerosi.

Item Leo.iiii. Karolo regi.

¶ Inutilis ſacerdos eccleſiã ſuam dignitate non priuat.

SI fortaſſis (quod non credimus) apud vos inutiles iudicamur: eccleſia tamen cui permittente domino preſumus, nõ inutilis[b] ſed caput principiũque oĩm merito ſimul ab omnibus vocatur.

Itẽ in Magotieñ cõcilio.

¶ Poſſeſſiões monaſterii pro peccato abbatis epiſcopo tollere non licet.

EPiſcopo nõ liceat poſſeſſionẽ monaſterii tollere quamuis abbas peccauerit: ſed ſubiiciat[c] eũ poteſtati abbatis alterius monaſterii.

Item Gelaſius.

¶ Que ſacerdotes dederũt, ſubſequẽtes põtifices nullatenus auferre preſumant.

ILlud ſtatuendum cenſuim⁹ vt quaſcũque munificẽtias clericis aut ſibi ſeruiẽtibus de re eccleſie in vſũ[d] aut de propriis in proprietatẽ precedẽtes dederint ſacerdotes: vt ſubſequentes pontifices nullatenus auferre[e] preſumant. Si quid tamen culpe extiterit: pro qualitate[f] perſonarum, vel regula precedentium canonum in perſona habeatur, nõ tamen in facultate diſtrictũ. Si ergo delictũ perſone in damnũ eccleſie nõ poteſt cõuerti, quia procurator conditionẽ eccleſie põt facere meliorem[g] non deteriorẽ: ſi peccato abbatis poſſeſſiões monaſterii auferri nõ licet: quomodo delictũ epi vertet in damnũ eccleſie vt inde detrimẽtũ cauſe ſue patiatur? Sed detrimẽtũ cauſe pati nõ ſic eſt accipiẽdũ vt eccleſia ſuo iure priuet: ſed potius quia clericis corã ſuo iudice ſtantibus eps tacebit, et pro iniuria illata mulctabit ſi propria habuerit.

Queſtio.vii.

QUod autem eccleſias[h] de

---

a ¶ Sed res eorũ. Videtur hic quod ſi clericus remouetur ab eccleſia ſua, quod omnia ſua ei reddantur: vt extra de cle. egro. qđ a te, & extra de renũ. c. iii. & xxvii. q. i. ſi quis rapuerit. ſed hoc nõ cõcedo. xii. q. ii. non liceat. ſed dico quod tantũ vſufructus illorum debet habere tempore vite ſue. & ſic intellige quod hic dicit.

b ¶ Nõ inutilis. propter hoc quod prelat⁹ inutilis factus eſt: quaſi diceret, inutilitas prelati non debet redundare &c.

c ¶ Subiiciat. cũ coepiſcopis. Vel ſm Hug. ſolus hoc faciat. xviii. qo. ii. ſi quis abbas. Arg. epm poſſe deponere abbatem: & hoc verũ eſt ab honore, non ab ordine: ſicut de monacho dicitur. s. lxxxi. diſt. valet, & s. i. q. v. c. i.

Illud. ¶ Caſus. Quidam epiſcopi conceſſerunt quibuſdã clericis res quaſdam eccleſie ſue in vſu, vel de rebus propriis in proprietate & nomine eccleſiarum in quibus ipſi clerici miſtrabãt. ſubſequentes vero pontifices cũ videbãt eos delinquere, eccleſiis eorũ auferebãt res quas dederãt predeceſſores. ſtatuit ergo Gelaſius vt perſone delinquẽtes puniantur: ſed eccleſie ſuis bonis non ſpolientur.

magiſtri tineñ. | Sine aliis coepiſcopis. ſed nõ ſine ſuis canonicis ſm Hu. & hic videas quod le. & no. xxi. di. ſubmittit. in fi. | De hoc no. xv. qõe vii. in ſuma.

d ¶ In vſum. quandoque tñ res eccleſie dantur in proprietatẽ. xii. q. ii. bone. ſed cũ dant intuitu officii, nõ: vt hic.

e ¶ Auferre. i. e. q. vlt. inuentũ. cõtra. s. diſt. lxxiiii. geſta. Arg. s. e. q. i. poſſeſſiones. contra. Sed dic nullaten⁹, id eſt vſque ad tempus preſtitum.

f ¶ Pro qualitate. vide meliorẽ cõditionẽ clericorum percipientiũ aliquid in eccleſia propter obſequium aliquod vel extrinſecam probitatẽ, quam canonicorũ: quia ob delictũ non amittunt illud, ſed habent vſque ad obitum ſuũ: ar. hic, & xii. q. ii. ſepe. Vel dic auferre preſumant, non dico ei, ſed eccleſie. & ſic facit ad propoſitũ §. quod delictum perſone non redundat &c.

¶ Si ergo. ¶ Caſus. Concludit Gra. ex ſupradictis quod propter delictũ prelati eccleſia pati damnũ non debet: quia procurator eſt, & non dñs. vnde non poteſt conditionem eccleſie facere deteriorẽ. & ſoluit ſuperiorẽ contrarietatẽ: ſcilicet quia inuaſor detrimẽtũ cauſe ſue ſic patitur, vt clericis ſtãtibus coram iudice pro re eccleſiaſtica repetenda eps propter inuaſionem ſileat, et in propriis ſi que habeat, puniatur.

g ¶ Meliorem. extra de in inte. reſti. requiſiuit. & hoc verũ eſt in acquiſitis: ſecus in acquirẽdis. C. de acqui. poſ. ex liberis. ſed ſi propria habet prelatus, agat contra eum. C. arbit. tu. quicquid. & xii. queſtione. ii. monemus.

Quod autem ¶ Hec. q. diuiditur in. vi. partes: in quarũ prima dicitur & probatur quod omnes decime et eccl'ie debẽt eſſe in poteſtate epiſcopi loci: et debet illas canonice diuidere, et dare eccleſias et bñficia canonice: & ſine illo null⁹ poteſt eccleſias vel decias conferre. Secũda ibi: Quoniã in quibuſdã. Tertia ibi Pie mẽtis. Quarta ibi: Ut §. Quinta ibi: Si quis vult. Sexta ibi: Conſtituit. Jo. de fan.

¶ Caſus. Hic ponitur ſeptia queſtio, vbi queritur an laici eccleſias mõachis dare poſſint de conſenſu epiſcopi & clericorum. Et hãc queſtionẽ extẽdit Gratian⁹ ad decimas & primitias, & etiam ad alias res eccleſiaſticas. Et primo in hoc §. oſtendit quod laici nec eccleſias nec decimas poſſunt poſſidere, nec poteſtatem habent diſponendi res eccleſiaſticas. Unde nec monachis nec aliis eas dare poſſunt. ſi tamen interueniat conſenſus epiſcopi, valet donatio: vt infra ea. §. ſicut ergo. et capi. ſequen. ſed ſua authoritate non poſſunt: vt infra ea. nullus. ius autem patronatus (vt dicunt quidam) etiam ſine authoritate epiſcopi conferre poſſunt loco religioſo: vt dicebatur in extrauagañ. de iure patrona. quãuis. et capi. conſultationibus. Poſtea oſtendit quid iuris ſit in eccleſiis ab eis fundatis, vtrũ ſibi poſſunt vendicare.

h ¶ Eccleſias. Hec eſt. vii. queſtio. ſcz an abbas poſſit retinere eccleſiam quam accepit de manu laici interueniente poſtmodum conſenſu epiſcopi? Et dic quod ſic: vt i. e. nullus. et cap. decimas. Et extendit eam magiſter etiã ad decimas et omnes res eccleſiaſticas. et in hunc modũ eam tractat. Primo oſtẽdit quod laici eccleſias vel decias nec etiã epo authoritate habere vel poſſidere poſſunt. ergo nec alicui eas conferre poſſunt: ſi tamen poſt conſenſus epiſcopi interueniat, tenet donatio. i. e. §. ſicut

Laici eccl'ias aut decimas hẽre nõ poſſũt.

manu laicorū[a] nec abbati nec alicui accipere liceat, oīm canonū teſtaꝶ authoritas. Generaliter em̄ tam eccl'ie q̄ res eccleſiaꝝ in ptāte epī ꝯſiſtūt. Laici autē nec ſua nec epōꝝ authoritate decimas vl' eccleſias poſſidere poſſunt. vnde epī ſiue bn̄ficio ſiue p̄cio eccleſias vel decimas laicis dederint: domū orōnis domū negociationis ⁊ ſpeluncā latronum faciunt. vnde poſt euerſionem cathedre a cetu fidelium ſegregati, eterno verbere a dn̄o flagellabuntur.

Unde Gregorius.vij.ait.

¶ Decime a laicis non poſſideantur.

Decimas quas[b] in vſū pietatis cōceſſas eſſe canonica authoritas demonſtrat, a laicis poſſideri ap'lica authoritate ꝓhibemus. ſiue em̄ ab epīs vel regib⁹ vel quibuſlibet perſonis eas acceperint: niſi eccleſie reddiderint, ſciant ſe ſacrilegij crimē committere, et eterne dānationis periculū incurrere. Oportet aūt cōgruētius nos decimas et primitias quas iure ſacerdotū eſſe ſancim⁹, ab oī ppl'o accipe: quas fideles dn̄o precipiente offerunt, iuxta illud vaticiniū Malachie ꝓphete: Inferte oēm decimationē in horreum[c] meum: vt ſit cibus in domo mea. Has vero decimas ſub manu epiſcopi[d] fore cenſemus: vt ille qui ceteris preeſt, oībus iuſte diſtribuat: nec cuiq̄ perſonis honorabilius[e] exhibeat vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur: ſed ſint oīa cōmunia: q2 inhoneſtum videꝶ vt alij ſacerdotes habeāt, alij vero detrimētum patiantur: ſed ſicut vna eſt fides catholica, ita neceſſe eſt vt ille q̄ puiſor eſt loci, quāuis multe[f] ſint eccleſie, oībus[g] tamen fideliter diſtribuat.

Unde Urbanus ſecundus.

¶ De eodem. Palea.

Congregato apud claremonteñ. vrbem multorum coepiſcopoꝝ ſynodali conuētu, propoſita nobis eſt a quibuſdam eorū queſtio de eccleſijs vel de eccleſiaſticis poſſeſſionibus a clericis vel monachis vſq̄ in preſentiarū inconſultis epīs acquiſitis. nos autem vſi ſaniori conſilio eorūdē epiſcopoꝝ, cōdeſcendentes pro tpe prouidenteſq̄ eccleſiaſtice paci, vel q2 aliter abſq̄ ineuitabilis ſcandali periculo huiuſmodi queſtio nō poterat ꝓcedere: apoſtolica authoritate decreuim⁹ vt ea que a clericis vel monachis a quibuſcunq̄ perſonis prout potuerint, vſq̄ hodie fuerint acquiſita, rata perenniter et inconcuſſa permaneant: hoc tn̄ tenore ne in poſterū inconſultis epīs talia preſumant.

Item Gregorius. Palea.

---

Scilꝫ Grat. i.e.ca. pie mētis. cuꝫ ca. ſeq.

ergo. ⁊ ca. decimas. ius aūt patronatus etiam ſine authoritate ipſius conferre poſſunt loco religioſo. ex̄ de iure pa. illud. et ca. conſultationibus. Oſtendit poſtea Grat. quid iuris in eccleſijs ab eis fundatis laici ſibi valeant vendicare. Dic ergo ꝙ qui eccleſiā cōſequiꝶ a laico, ipſo iure ſuſpenſus eſt. Arg. i. e. decimas. ⁊ ca. cōſtitutiones. ⁊ ca. ſi quis deinceps. niſi authoritate pape habeat laic⁹ inueſtituras, ſicut rex Apulie: tunc pōt dare cui vult preter authoritatē epī. i. e. nemini.

a ¶ Laicoꝝ. Supra lxiij. di. adrianus. ꝗ cōtra. ſed illud cap. abrogatū eſt: vt diſtin. ea. §. verum. Jo.

Eccl'as. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit ꝙ laici decimas poſſidere nō poſſunt: et ſi receptas a quibuſcūq̄ pſonis eccl'ie cui competūt non reddiderint, penā eterne damnationis incurrent: ⁊ ꝙ clerici tantū decimas ⁊ p̄mitias habere debeāt, ꝓbatur authoritate ꝓphete dicētis: Inferte ⁊c̄. In ſcd'a parte dicit ꝙ decime debent eſſe in poteſtate epī / ita vt oīb⁹ clericis fideliter diſtribuat nec quicq̄ alicui pſone exhibeat ne aliq̄ ꝓpt hoc ſcrupuloſo corde moueanꝶ / vel poſſint pati detrimētum. In horreū. i. eccleſiā. Scd's ps incipit ibi: Has vero.

Mal. iij. a.

b ¶ Quas. Uidetur ergo ex hoc capi. ⁊ ex̄ de deci. ca. q̄uis. ⁊ ca. ꝓhibemus. et ex̄ de p̄ſcri. cauſam. ꝙ laici peccent ſi decimas poſſideant. Hug. dicit ꝙ epīs bene poteſt conferre laico decimas, ſicut etiā poſſet pignori ſupponere vel vendere: vt ex̄ de pig. c. j. ſed ius ſpirituale nō poteſt conferre. Alij vero dicūt ꝙ quocūq̄ modo accipiunt, peccant: per predicta ca. ⁊ ex̄ de deci. ad hec. q2 etiam fructibus vti prohibentur: vt x. q. j. hanc cōſuetudinem. Ego credo ꝙ tpalia non pōt habere laicus iure feudi vt ad heredes deſcendant vt extra de deci. ad hec. q2 ius ſpirituale qd' reſidet apud eccleſiā ſine tpali cōſiſtere nō poteſt / ſicut corpus ſine anima: vt. j. q. iij. ſi quis. Item q2 inutile eſſet illud ius eccleſie: vt dicit lex de vſufru. vt inſtitu. de vſufru. §. ij. Nec obſtat ex̄ de his que ſi. a prela. cum apoſtolica. q2 ibi potius factum q̄ ius tāgiꝶ. extra de appella. ad penitentiam.

Laici an poſſint ſine pctō decias pcipe.

c ¶ In horreum. Arg. ꝙ nō ſolum dare / ſed etiaꝫ ad domū deferre decimā debent. arg. ſ. ea. qōne. j. reuertimini.

d ¶ Sub manu epī. i. e. q. nemini. cōtra. ſed ibi de iure patronat⁹ agitur, qd' laic⁹ pōt dare, et ab eo recipi. ſ. diſtin. xxxij. preter. ſ. x. q. j. decretum eſt.

e ¶ Honorabilius. ſ. e. qōne. j. ad hoc. Cōtra. ſ. lxxiiij. diſtin. ꝯſuluit. ſ. j. q. ij. ca. vlti. ſ. xij. qōe. ij. vulterane. in illis oīb⁹ dicitur ꝙ ſm merita perſonaruꝫ poteſt res eccleſiaſticas diuidere. Sol. hoc ca. loquitur de illis clericis quoruꝫ prebende nō ſunt diſtincte. Uel dic ꝙ loquiꝶ de decimis ⁊ oblationib⁹ que equaliter ſūt diuidēde. Pares ergo erunt reditus oīm qui ſunt in eadem eccleſia quo ad prebendā: vt extra de conſti. cum omnes. et ca. cum M. ⁊ extra de prebē. relatuꝫ. ſed ſm Ap'l'm vn⁹ non debet eſurire, ⁊ alius ebrius eſſe: et quorūdam remiſſio alijs non debet eſſe tribulatio: vt xxv. q. j. §. his ita. in fi. ſicut iniquum eſt inter ſocios ꝙ vnus cōſequaꝶ plus q̄ alter. vt. ff. pro ſocio. verum. §. ſi cum tres. Uel dic ꝙ non negatur hic quin ſm merita perſonarum poſſit diuidere res: ſed ſm carnalem affectum non debet eas diuidere. Joan.

Redit⁹ eorū q ſunt in eadē eccl'ia debēt eſſe pares.

f ¶ Multe. quo ad membra. q2 ipſa eccleſia eſt vna: vt. vij. q. j. nouatianus. xxiiij. q. j. loquitur.

g ¶ Oīb⁹. Arg. pro capellis vt cōlceꝶ eis decime: vt lxx. diſt. ſctōrū. ſ. e. q. j. ca. decimas. ſ. xij. q. j. videntes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Peruenit ad nos fama ſiniſtra q quidam epiſcopoꝝ non ſacerdotib⁹ proprie dioceſis decimas atq chriſtianoꝝ oblationes conferũt, ſz potius laicalib⁹ perſonis: militũ videlicet, ſiue ſeruitoꝝ, vel (qđ graui⁹ eſt) etiã conſanguineis. vnde ſi quis ammodo eps inuẽtus fuerit huius precepti diuini tranſgreſſor: inter maximos hereticos et antichriſtos non minimus habeatur: et ſicut Aſcena ſynodus de ſimoniacis cenſuit: et qui recipiunt ab eo laici et qui dat eps ſiue precio ſiue beneficio, eterni incendii ignibus deputentur.

Item Ambroſius in ſermone quadrageſime.

¶ Fideliter decimas dat qui oim ſuoꝝ decimas ſoluit.

Quicũq recognouerit in ſe q fideliter nõ dederit decimas ſuas, modo emẽdet qđ minus[a] fecit. quid eſt fideliter dare niſi vt nec peius nec minus aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborũ, aut de pecoribus, aut de orto, aut de negocio[b], aut de ipſa[c] venatione ſua? Item ex concilio Rothomagenſi.

¶ Excommunicẽtur qui decimas ſacerdotibus dare nolunt. Palea.

Omnes decime terre, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborũ, dñi ſunt, et illi ſanctificant[d]. Boues et oues et capre que ſub virga paſtoris tranſeunt, quicquid decimũ euenerit, ſanctificabit dño: nõ eligatur neq bonũ neq malum: nec in alterũ cõmutabitur. Si quis mutauerit: et quod mutat ⁊ qđ mutatum fuerit, dño ſanctificabitur: ⁊ non redimetur. Sed quoniam modo multi inueniũtur decimas dare nolẽtes: ſtatuimus vt ſm dñi preceptum admoneãtur[e] ſemel ⁊ ſecũdo et tertio. Qui ſi non emẽdauerint anathematis vinculo feriant, vſq ad ſatiſfactionem ⁊ emẽdationem congruam.

Item ex cõci. Magotienſi.[f]

¶ Ceterum exemplo decime ſoluantur.

Decimas deo et ſacerdotibus dei dandas, Abraham[f] factis, et Jacob[g] promiſſis inſinuat: ⁊ oẽs ſancti doctores cõmemorant.

Non autem decime ſunt redimẽde a populo, ſi aliter dare eas noluerit. Unde in eodem concilio legitur.

¶ Decime non ſunt a populo redimende.

Decimas[h] quas populus dare non vult niſi quolibet munere ab eo redimantur, ab epiſcopis prohibendum eſt ne fiat[i].

Item Auguſtinus.

¶ Prius decime deo nõ red-

---

Peruenit. ¶ Caſus. Quidam epi decimas ⁊ oblationes nõ dabãt ſacerdotib⁹, ſed potius militib⁹ vel ſeruitorib⁹ vel cõſanguineis: quod cũ ſignificatum fuiſſet Gregorio / ſtatuit vt epus qui talia fecerit, inter maximos hereticos ⁊ antichriſtos cõputaretur: et eps dator ⁊ laicus receptor deputẽtur penis eternis.

Quicunq ⁊c. ¶ Caſ⁹. Statuit in hoc ca. q ſi qs cognouerit ſe decimas nõ fideliter perſoluiſſe modo ſoluat ad plenum, ſcz de oibus fructib⁹ ⁊ ferib⁹ ⁊ de negocio ⁊ etiã de venatione ſua.

a ¶ Quod min⁹ fecit. Sed pone q aliqs diu non ſoluit decimas: nec modo poſſit ſoluere niſi vẽderet oia que habet: nunqđ tenetur ea vendere? Sic. ſed eccleſia debet ei dimittere vnde viuat: cuz hoc idem eſſet ei datura. res eñ eccleſie oib⁹ ſunt cõmunicande. argu. ſ. ea. q. i. quoniam quicqđ. nec eñ ita auare ſunt oia extorquenda. qz habẽda eſt ei⁹ ratio / ne egeat. argu. ff. de re iudi. in ter. ſ. vi. Item patet hic q ſicut laicus nõ poteſt preſcribere i decimis ſic nec in qtitate decimarũ: licet ſit arg. contra ex de deci. in aliquib⁹. vbi dicitur q decime quedã ex longa ꝯſuetudine debentur: ſed illud poteſt itelligi ſm decre. extra eo. ad apoſtolice. Uel loquitur de decimis perſonalibus que reddi debent eccleſie in qua recipit ſacramentum. ſed certe iſte ⁊ ille ſilr lege diuina debentur: [f] vt. xxiij. q. v. dicat. Et nota q licet non currat preſcriptio in quantitate decime / tamen currit in quantitate cathedratici: vt extra de cenſi. olim. quod mirum videtur: cum clericus poſſit preſcribere in decimis et non in cathedratico: [g] cum cathedraticum poſſit epiſcopus a ſe abdicare: vt extra de dona. paſtoralis.

b ¶ De negocio. De hoc dixi. ſ. e. q. i. ca. reuertimini,

c ¶ Aut de ipſa. Supra. lxxxvi. diſt. eſau. cõtra. et ca. qui venatoribus. ſ. diſtin. xxxiiij. quorundam. contra. Solu. ibi de arenaria venatione que prohibita eſt: hic de ſaltuoſa que quibuſdã eſt conceſſa: de qua decimatio dari precipitur. arg. xxxiij. q. i. niſi bella. ⁊ ca. noli.

Omnes decime. ¶ Caſus. Statuit cõcilium Rothomageñ. vt omnes decime ſiue de fructibus ſiue de pomis arborũ, ſacerdotibus dentur: et ſi quis tertio cõmonitus eas dare noluerit donec ſatiſfaciat anathematizet.

d ¶ Sanctificantur. id eſt miniſteriis ſanctis. i. ſancte dei eccleſie ſcilicet deputatis cõferũtur: vt. xij. q. ij. nullus. ſ. e. q. i. reuertimini.

e ¶ Admoneantur. Trina eñ admonitio dz precedere vindictam. argu. xij. q. ij. indigne. ſ. v. q. ij. preſenti. ſ. xxi. qõ. iiij. de presbyteroꝝ.

f Decimas. Abrahã. vt. xxiij q. v. dicat.

g ¶ Jacob. Cum iret in Meſopotamiam dixit q ſi ei bene ſuccederet / decimas deo daret.

h Decimas. Ex hoc capi. et illo. i. q. i. nullus. ⁊. vij. q. i. ſancitum. dicunt quidã q non licet mihi ius meũ ſpũale redimere. ⁊ exponũt finem hui⁹ ca. prohibendum eſt ſcz epis ne fiat ab eis ſcz vt redimãt quia ſimonia eſt. arg. ex de ſi. matheus. et ca. querelam. Alij dicunt q ſi iniuſte vexor in iure ſpirituali quod ad me pertinet / vexationem meam redimere poſſum: vt ſi timeo iniuſte deponi. arg. extra de ſi. nobis. ⁊ ca. dilectus. i. et. i. qõ. iij. queſitum. et iudicium iuſtum emere poſſum. arg. xiiij. qõ. v. non ſane. C. de adul. ſerui. Joan. Conſueuit dici q ſi ſum in poſſeſſione, poſſum redimere: al's non: vt extra eo. dilectus.

i ¶ Ne fiat. Supple redẽptio decimarum ⁊c. ſicut dicit lex q faber non poteſt dare pecuniam pro ſpecie:

Decimarũ qtitati v trũ poſſit preſcribi.

[f] Hoc vt Innoc. tenere: qđ dic vt plene not. ꝺ deci. ſup rubricã.

[g] Ar. ſ. xiij. q. ij in pu.

[f] Maguntinenſi.

Jus ſpũale an poſſit redimi.

D

vt.C.de fabri.l.j.lib.xj. Arg.contra.xiiij.qō.vj.cōperi-
mus: vbi precium recipitur pro re ſpirituali.
a Maiores. Abundabant.§.e.q.j.decime.
b Ceſari.§.xj.q.j.ſi tributum.j.xxiij.q.viij.con
venior.
c Partiri.i.de-
cimā partez dare.
& ita aliud eſt par
tiri, et aliud par-
tē dare.ff.de vſu-
fru.etiam partis.
ff.de vbo.ſig.l.no
men.§.portionis.
Et hoc diximus. Caſus. Hoc cap.divi
ditur in quatuor
partes. In prima
parte exponit Ori
genes literam il-
lam euāgelij: In-
trauit Jeſus in tē
plum, et eiecit oēs
vēdētes & emētes
de tēplo, et oſten-
dit φ templum di
ctum eſt illud qđ
fecit Salomon de
lapidibus inſenſa
tis, de quo viſibili
ter eiecit Jeſus vē
dentes & emētes:
qr fecerūt ipm do-
mum negociatio-
nis & ſpelūcam la-
tronum. In ſecun
da parte dr φ dn̄s
hoc fecit in figurā
ſpūalium actuum
ne ſcz populus cū
debebat facere fe
ſtiuitates ad ho-
norem dei, et ora-
tionibus vacare:
intenderet mūda
nis negociationi-
bus In tertia par
te oſtēdit φ iuxta
tropologiam tem
plum dei dr eccle-
ſia vel cōgregatio
fidelium: vbi ven-
dentes & ementes
ſunt mali prelati:
q ſpūalia p pecu-
nia donāt. et oſtē-
dit φ xp̄s dolet de
pctis eorū: et hoc
probat duabus authoritatibus, ſcz Oſee et euangelij.
In quarta parte oſtendit φ per venditores columba-
rum intelliguntur prelati qui ordinant indignos et ir-
religioſos epiſcopos vel preſbyteros ad prelaturā ec-
cleſiarum, qui deo neſciuit reuerētiam exhibere. quod
probat authoritate Hieremie. Scđm ſimplicem, id eſt
literalem. Pro mundanis, negociationibus. Secunda
ibi: Hoc ergo facto. Tertia ibi: Nunc autem arbitror,
Quarta ibi: Et arbitror conuenire.

Non qa ibi laicus non debebat priuari iure ſuo & res iā cōſecrata poterat ipſi laico reddi. Archi.

Eſaie lvj.c. Mat. xxj.b.

ij. par. ij.a. Eſdr. j.a. iiij. re. xxv.a.

...dūtur, indictio fiſci acceſcit.

Maiores noſtri ideo co-
piis oib⁹ abūdabant[a]
qr decimas deo dabāt, et ce-
ſari[b] cēſum reddebāt. Modo
autē qr diſceſſit deuotio dei,
acceſſit indictio fiſci. Nolum⁹
partiri[c] cuz deo decimas mo
do tollitur totum. Hoc tollit
fiſcus qđ nō accipit chriſtus.
Item Origenes.

Colūbas vendit qui eccle
ſiam indiſciplinatis cōmittit.

Et hoc dixim⁹ ſm ſim-
plicem intellectum. Iu-
xta moralem autem talia dice
mus: et primo quidē de tem-
plo de quo per prophetam di
xit deus: Domus mea dom⁹
orationis vocabitur. ergo ſm
corporalem circūciſionē car-
nis, et ſm corporalis legis fe-
ſtiuitates et ſacrificia et alia
corporalia conſequētur, et tē
plum dei eſtimabitur qđ in la
pidib⁹ inſenſatis erat cōſtru-
ctum: primū quidem a Salo-
mone[d]: deinde reparatum ab
Eſdra[e]: poſtea vo poſt Chri
ſti aduētum a Romanis[f] de-
ſtructum. et illa dom⁹ eſt do-
mus oratiōis: qua deſtructa[g]
neceſſe eſt vt iudei q̄ſi iam nō
habentes domum orationis,
iam nō habeant priuilegium
ſpeculatiōis[h] dei: nec poſſint
ſm legem[i] deo ſeruire.

Hoc ergo facto oia Chri-
ſtus eiecit[k] in miniſterio ſpiri
tualium actuum ſuoꝝ: & tunc
quod fecit, viſibiliter egit eij-
ciēs vēdētes & emētes de tē-
plo: & menſas nummulariorū
euertens. cathedras venden
tium columbas diſſipauit ad
correctionem ppl̄i: vt nō pro
mūdanis feſtiuitates[l] in noīe
dei celebrent: nec emptionib⁹
et venditionib⁹ vacēt in loco
nō cōpetēti: in quo nō debēt
emere et vēdere, ſed orōnib⁹
tantū vacare, atq; cōgregari
quaſi in domo orationis.

Nūc aūt arbitror tēplum
dei ex lapidibus viuis cōſtru
ctum eſſe eccleſiam xp̄i. Sūt
aūt multi in ea non ſicut con-
decet ſpūaliter viuentes, ſed
ſm carnem militantes: qui et
domum orationis de lapidi-
bus viuis conſtructā faciunt
eſſe ſpeluncam latronum a-
ctibus ſuis: non eccleſia dei
digni, ſed ſpelūca latronum.
Qui eñ conſiderat in multis
eccleſijs talium chriſtianorū
peccata inueniet, arbitrātes
queſtum eſſe pietatem[m]: et
cum deberent de euangelio
viuere ſm φ viuere decet ſer
uos dei, hoc non faciunt: ſed
diuitias et multas poſſeſſio-
nes acquirunt. Nonne dices
ſpeluncam latronum factam
eſſe ſub illis eccleſiam? vt re-
cte dicat Chriſtus ad eos p-
pter diſſipationem eccleſie
ſue: Que vtilitas[n] in ſangui-
ne meo, dum deſcēdo[o] in cor-
ruptionem?

Et hoc diximus. Caſus. Ponit Origenes autho-
ritatē illā: Intrauit Jeſus in tēplū eijciēs vēdētes &c.
dupl'r eā exponēs ad literā vſq; ad locū illū: Nūc aūt.
Deinde moral'r vſq; in fi. Sic ꝯordina literam: incipe
ibi, et primū. et cū veneris ad illū locū: Nūc autē. repe-
tas principium: et
hoc dixim⁹ ſm ſim
plicem intellectū.
Juxta moralē au
tem alia dicem⁹.
d Salomone.j. de cōſe.diſt.j.ca.j. Mat. xxj.b.
e Ab Eſdra.re
uerſo a captiuita-
te babylonica: qr
Nabuchodonoſor
deſtruxerat tem-
plum.
f A romanis.i.
a Tito et Veſpa-
ſiano. xxiij.q.v.§.
hinc.lxxvj.diſt.ie-
iunium.
g Deſtructa.ar
gu.φ eccleſia de-
ſtructa non rema-
net locus priuile-
giatus. ar.ad hoc
ex̄ de vb.ſig.abba
te.i fi.§.ea.q.j.ge
neraliter. Arg.cō
tra.xix.qō.iij.q ſe-
mel.ff.de ꝯtrahē.
emp.l.edem. Sed
dicimus hoc verū
eſſe cū ſuperioris
authoritate eccle-
ſia deſtruitur. Ar
gu.cōtra de conſe.
diſt.j.placuit.
h Speculatio-
nis.i.cognitionis
et culture vni⁹ dei
ſicut olim dictum
eſt: Notus in iu-
dea de⁹ &c. nā mo-
do vbiq; colitur.
i Scđm legem.
eam ſequendo ad
literam quo ad ce
rimonialia: vt ex̄ de ſan.
de cōſti. trāſlatio.
Idē dr L. cuius fuit hec gloſ. et idē Jo.
k Eiecit.i.oſtē
dit officia turpia &
immunda eſſe eij-
cienda.
l Feſtiuitates.
Nō ideo reprehē-
dunt qr ad feſtiuitates veniūt: ſed qr non diuinis inſi-
ſtūt officijs ſed turpib⁹ cantilenis. de cōſe.diſt.iij.ca.ij.
m Pietatem.§.iij.q.v.accuſatores.
n Que vtilitas. Cum videt φ non poteſt proficere
in eis, dicit: quare fundo ſanguinē meum? vnde dicit
in ſanguine meo effuſo ppter peccata redimenda.
o Dum deſcendo. Per eos in corruptionem.i.ſi ite-
rum corrūpitur eccleſia, nec eñ dabis ſanctum tuum
id eſt Chriſtum videre corruptionem: ſcz quantum ad

membra: q: oēs corrumpuntur ⁊ inſiciuntur peccatis. Uel in corruptionem.i.putrefactionem ſcȝ corporis: vt detinerer in morte ſicut ceteri.q.d.nulla,ſi hoc eſt: q: nulli annunciabor,nullum lucrabor.

¶ Dum deſcendo. Per varios gradus tormentoꝝ ſcȝ vulneratione,verberationem,collaphizationē.

Mic. vij.a. — a ¶ Per oſee. In lib.xij.propheta rū,quorū primus eſt Oſee.nam hoc in Michea.vij.ca. dicitur.

b ¶ Factꝰ.id eſt pauꝑ ⁊ inops,paucos acquirēs.ſ.ad modū iſtoꝝ q̄ pauca colligūt.

c ¶ Si cognouiſſes.ſupple fleres, vel ꝯuerſa ꝑeſſes ad fidem per predicationem.et eſt ibi defectus locutionis. Et eſt arg. ꝙ nec teſtes nec inſtrumenta vitiantur propter defectum locutiōis.ꝭ.ſ.q.iij.ſaluator.et ff.de heredi.inſti.l.j.in fine.

ꝭ Sub. ſicut aliq̇ ſupplēt cōuerſa.⁊c̄.

d ¶ Qui tradūt. Non ergo tātum ſimoniacis, et eſt argu.ꝙ vbi cōmunis eſt cauſa,non refert cuius nomē exprimatur.C.de diuer.reſcript.l.j.arg.lxj.diſt.miramur. ꝭ authoritas enim premiſſa tm̄ de ſimoniaco loq̇tur:ſed hic extendit eam etiam ad alios.Jo.

ꝭ Ad idē ex̄ d ap.ca. pe.C.d natu.li be,au tē.ſi q̇s. ꝭ Aūas eū dicē tis admonitōe ſcri pture.

e ¶ Auarꝭ.ꝭ.diſ.lxxxv.florentinū.

¶ Cū ergo. ¶ Caſus. Cōcludit Gr. ex ſupradictis dicens ꝙ cum eccl'ie et oblationes ſint i poteſtate epiſcoporum,tantū de manu eoꝝ ſunt recipiende.qđ ꝓbat per ſequētia ca.

Hier. iij.e.

f ¶ Omnes ⁊c̄. Poteſtate.ꝭ.diſti.lxj.obitū.ꝭ.x.q.j.ca.iij.ꝭ.ea.q.ij.ca.j.⁊.ij.⁊.ꝭ.ix.q.iij.ca.iij.ꝭ.ea.q.j.qui vere.ꝭ.x.q.ij.epiſcopus.niſi in aliquo ſpeciali priuilegio ab eius iuriſdictione ſunt exempte,extra de priuile,cum ⁊ plant.⁊c.

Item ipſe per Oſee[a] tali modo. Ue mihi q: factus[b] ſum ſicut qui colligit ſtipulā in meſſe:et ſicut qui racemum in vindemia,cum non ſunt botri ad manducandum et primogenita. Ue anime mee,q: periit timoratus a terra: et qui corrigat,in oībus hoībus non eſt. Et cum intellexeris Jeſum dicentem talia ⁊ lugentē peccata noſtra:aſpice ſimul et illud quod in euangelio ſcribitur. Cū vidiſſet Hierl'm,ſtetit,et fleuit ſuper eā,et dixit: q: ſi cognouiſſes[c] ⁊ tu,et ſi rationabil'r fleuit ſuper Hieruſalem:rationabilius fleuit ſuper eccleſiā edificatā quidem vt eſſet domus orationis: factam autē propter turpia lucra ſpeluncam latronum.

¶ Et arbitror conuenire verbum dei de venditoribus columbarum,eis qui tradunt[d] eccleſias auaris[e] et tyrannis, et indiſciplinatis,et irreligioſis epīs aut preſbyteris: propter que ⁊ cathedras tātummodo appellauit euangeliſta euerſas eſſe ab Jeſu: et vtinā audirent hec eum ꝭ dicentem admonitione ſcripture.q̄ gloriantur de cathedris Moyſi in quibus ſedent et vendunt cathedras columbarū: ⁊ tradunt eas talibus prepoſitis ad quos recte dicitur a domino per Hieremiam prophetam. Principes populi mei nō me cognouerunt.filij em̄ ſunt inſipientes et non intelligentes,ſapientes ſunt vt faciant mala: bene autem facere neſciunt. ¶ Cum ergo eccleſie et oblationes earum non conſiſtant niſi in poteſtate epiſcoporum:patet profecto ꝙ non ſunt ab alio recipiende q̄ȝ de manu eorum.

Nullus. ¶ Caſus. Dicitur in hoc ca.ꝙ nullus clericus in quacūq; dignitate conſtitutus debet tribuere curā animarū vel prebendas alicui ſine authoritate epī:cum iſta in epī poteſtate conſiſtant: ⁊ ſi quis contra fecerit debet excommunicari.

Unde in Aurelianenſi concilio ſtatutum eſt.

¶ Omnes baſilice ad epm̄ pertinent epiſcopum in cuiꝰ territorio poſite ſunt.

Omnes baſilice que per diuerſa loca conſtructe ſunt vel quotidie cōſtruunt: in epī poteſtate[f] conſiſtūt in cuiꝰ territorio poſite ſunt.

Item Calixtus papa.

¶ Archidiaconus,archipbr̄,prepoſitus,vel decanus,nec officia nec bñficia eccl'iaſtica ſine conſenſu epī tribuat.

Nullꝰ omnino archidiaconꝰ aut archipreſbyter[g] ſiue prepoſitꝰ vel decanꝰ aīarū curā vel prebēdas eccleſie ſine iudicio vel cōſenſu epiſcopi[h] alicui tribuat: immo ſicut a ſanctis canonibus cōſtitutū eſt,animarū cura,et pecuniarū eccl'iaſticarū diſpenſatio in epī iudicio et poteſtate permaneāt. Si quis ꝟo cōtra hoc facere,aut poteſtatē que ad epm̄ pertinet,ſibi vendicare preſumpſerit:ab eccleſie liminibus arceatur.

Item Greg.[i] vij.in generali ſynodo reſidens dixit.

¶ De manu laici epatus vel abbatia ſuſcipi non debet.

Si q̇s deinceps epiſcopatū vel abbatiā de manu alicuiꝰ laice perſone ſuſceperit,nullatenꝰ inter epiſcoporum...

g ¶ Archipreſbyter.ex̄ d of.archi.cū ſatis.arg.diſti.lxiij.ſi in plebibꝰ. Arg.ꝯtra.xxv.di.ca.j. Iſtud ca.multum facit cōtra archidiaconū. Sed illi qui dicūt ꝙ archidiaconꝰ vel alij ꝑlati ex officio ſuo poſſunt dare prebendas ⁊c̄.intelligunt hoc ſine licētia generali. Qui dicunt contra per hoc cā.intelligunt illud ſi in plebibꝰ: de ſpeciali licētia: qn̄ ſcȝ epūs ſpecialiter ei concedit vt aliquem inſtituat de cōceſ.prebē.cōſtitutus.hoc enim delegari pōt: vt ex̄ de preben.cū ſm̄. niſi hoc habeat ex generali cōſuetudine vel ſpeciali, dum eſſet preſcripta.arg.tamen ꝓ eis.ex̄ de elec.cuȝ in cūctis.extra de offi.delega.ſuper eo. Sed illud ca.ſi in plebibus.intelligit de cuſtodia: vt extra de appella.bone.

Archidiaconus an poſſit inſtituere.

h ¶ Epī. Uel capituli,cum eccl'ia vacat.argu.extra de here.ad abolēdā.immo vniuerſitas bene pōt conferre curā animarum.arg.extra de conceſſio.preben.nulla.

i ¶ Item Greg. Hic mutat Grat.materiam.

Si quis deinceps. ¶ Caſus. Precepit Gregorius in hoc cap.vt nullus clericus recipiat inueſtituram epatus vel alicuiꝰ eccleſiaſtice dignitatis de manu laici.⁊ ſi fecerit,inueſtitura nō valeat:nec ei audiētia prebeat ſi cauſam aliquā voluerit pretendere,vel ſi voluerit appellare: ſed introitus eccleſie ei inter-

dicatur donec deſerat quod male accepit. Laicus vero in quacūq; dignitate poſit⁹ ꝗ preſumpſerit hoc, ſimili ſententia puniatur.

¶ Deinceps. ſ. diſt. lxiii. ſi per ordinationē.

a ¶ Audiētia. Hic excōicato non datur audientia. ſic ſ. vi. q. i. §. verū. ⁊ xxiii. q. v. non vos. ſ. diſti. xxiii. in nomine. ⁊ xxiiii. q. iii. de illicita. Jo. Hec glo. per hoc ca. nō probatur. B.

Eccl'iaʒ recipiēs a laico vtrū ſit ſuſpēſ⁹

b ¶ Interdicim⁹. Ex hoc videtur ꝙ tales ipſo iure ſūt ſuſpenſi. Sed contra videtur extra de iure pa. preterea. ſ. vbi dicit ꝙ tales ſunt excōmunicandi. Ad hoc ꝗdam dicūt ꝙ non ſunt ſuſpēſi, ſed ſunt ſuſpēdēdi. et exponunt interdicim⁹: i. interdicendū dicim⁹. Tu potes dicere ꝙ ſunt ſuſpenſi a canone, et ſic ſuſpēſ⁹ a ſuo prelato poteſt abſolui: cū ꝯditor canonis ſibi non reſeruauerit abſolutionē. extra de ſententē. excō. nuper. Si autē aliꝗs ſub tali cōditione ſuſpēditur, donec peniteat, tūc ꝗ cito penitet, ſtatim ē abſolut⁹: vt. xv. q. vi. nos ſctōꝝ. lxxxi. diſtinct. ſi quis amodo. H. tamē excipit duos caſ⁹ in quib⁹ talis qui recepit eccleſiā a laico, non eſt ipſo iure priuatus. ſ. cuʒ accedit poſtea cōſenſus epi: vt. ſ. e. q. i. qm̄. ⁊ cum clericus pſcripſit: vt extra de iure pat. cura paſtoralis. melius pōt dici ꝙ tunc demū eſt priuatus quādo recipit eccleſiam tanꝗ volens eſſe prelatus. ſed ſi recipit eam quaſi proprietatem aliquam, non vt ibi ſit prelatus: tunc non eſt ſuſpenſus ipſo iure. et ſic loquitur illud cap. cura paſtoralis. hodie tamen non videtur ꝙ talis poſſit abſolui ab epiſcopo: quia intelligibilis fact⁹ eſt: vt extra de elec. quiſquis.

Sec; a ſacramēt; ſʒ id quod. do. lxix. di. ſi ꝗs p ordiationem, tibi videas.

c ¶ Inueſtiturā. Sed nunquid per inueſtituram receptam a laico factus eſt quis poſſeſſor? Argu. ꝙ non: extra de dona. per tuas. ⁊ extra de his que fi. a maio. parte ca. ex ore. ⁊ extra de ſenten. ⁊ re iudi. cum aliquibus. Arg. contra extra de cōſue. ca. ii. in fi. ⁊ et extra de ſuc. ab inteſta. cum dilectus. ff. de contrahen. emp. l. clauibus. et. ſ. e. contra. in fine.

[margin: De hoc in gl. viii. d renū. ſane. et ex vi. lit. pen. eccl'ia. l glo. co ipſo c.]

pos vel abbates habeāt: nec vlla ei vt epiſcopo ſeu abbati audiētia [a] concedatur. Inſuper ei gratiā beati Petri, ⁊ introitū eccleſie interdicimus [b] quouſq; locum quē ſub crimine tam inobedientie ꝗ ambitionis (ex qua ſcelus idololatrie cepit) reſipiſcēdo non deſeruerit. ſimiliter etiā de inferioribus eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus.

Item, ſi quis imperatoꝝ, regum, ducum, marchionū, comitū, vel quilibet ſecularium poteſtatū aut perſonarū inueſtituram [c] epiſcopatus vel alicuius eccleſiaſtice dignitatis dare preſumpſerit: eiuſdeʒ ſententie vinculo ſe obſtrictū eſſe ſciat. Idem.

¶ Excommunicationi ſubiaceat, nec inueſtiture ſumat fructum, qui de manu laici eccleſiam ſuſceperit.

Quoniā inueſtituras cōtra ſanctoꝝ patrum authoritatē a laic; in mult; partib⁹ cognouimus fieri: ⁊ ex eo plurimas ꝑturbationes in eccleſie (immo ruinā ſancte religionis) oriri, ex ꝗbus chriſtiane cēſure religio cōturbatur: decernimus vt null⁹ clericorum inueſtituras epiſcopat⁹ vel abbatie vel eccleſie de manu imperatoris vel regis vel alicuius laice perſone viri vel femine [d] ſuſcipiat. Qd̄ ſi preſumpſerit, recognoſcat inueſtiturā illā apl'ica authoritate irritam eſſe: ⁊ ſe vſq; ad dignam ſatiſfactionem excōmunicationi ſubiacere.

Item ex canone apoſtoloꝝ.

¶ De eodem.

Si ꝗs epiſcop⁹ ſecularibus poteſtatib⁹ vſ⁹, eccleſiā p ipſos obtineat: deponatur, ⁊ ſegregetur: omneſq; qui illi communicant.

Itē ex chronica Anaſtaſij.

¶ De eodem.

Sane Theſſalonicēſes epī ob metū imperatoris Anaſtaſij Timoheo Conſtātinopolitano epiſcopo conſenſerūt: quē cōcilium Calcedonenſe anathematizauerat. Xl. ꝓo epī illyrici ⁊ grecie conuenientes in vnū, per confeſſionē in ſcriptis factā ⁊ a proprio metropolitano diſceſſerunt [e]: ⁊ Romā mittētes, Romano epiſcopo communicare in ſcriptis ꝓfeſſi ſunt. et paulo poſt. Cum Dioſcorus iunior manus impoſitionem accepiſſet a rege, receſſerūt multitudines populorū dicētes, quia ſm ꝙ continent canones ſanctorum apoſtoloꝝ, non eſt factus epſ: et ideo non recipiet. Principes [f] enim inthronizauerant eum.

Item Paſchalis papa.

¶ Excōmunicet qui per laicos eccleſias obtinet.

Si quis clericus abbas vel monachus per laicos eccl'ias obtinuerit: ſm ſanctorum apoſtoloruʒ canones

Quoniā inueſtituras. ¶ Caſus. Significatum fuit. Greg. ꝙ quidam clerici recipiebāt de manu laicorum inueſtiturā dignitatuʒ vł eccl'iarū. quare precepit Greg. ne hoc decetero fiat. et ſi quis preſumpſerit, nec inueſtitura valebit: ⁊ ipſe vſq; ad dignaʒ ſatiſfactionem ſubiacebit excommunicationi.

d ¶ Vel femine. arg. ꝙ ad preſentationē femine poteſt quis inueſtituram cōſequi: vt extra de iure pat. ex literis.

Sane Theſſalonicenſes. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit ꝙ theſſaloniceñ. epiſcopi metu Anaſtaſij imperatoris conſenſerunt Timotheo heretico patriarche Conſtantinopolit. qui cōcilium Calcedo. anathematizauerat. ſed xl. epiſcopi illyrici et Grecie facta ꝓfeſſione in ſcriptis diſcedentes ab eo adheſerunt pape. In ſcd̄a parte dicit ꝙ Dioſcor⁹ minor per manū regis factus eſt epiſcopus: ⁊ ideo populi ab eo diſceſſerūt. Impoſitionē. id eſt ꝯfirmationē. Sequētia tria ca. plana ſunt.

e ¶ Diſceſſerunt. ſ. viii. queſt. iiii. nonne contra. So. iſte inciderat in hereſim iam damnatam: ⁊ ſic ſententia canonis erat lata in ipſum. vt. xxiiii. q. i. achatius. item talis coniuratio non fuit vitioſa: et ſic non obſtat. xi. q. i. ſi quis clericorum.

f ¶ Pricipes. ergo canonici poſſunt recedere ab epō quē rex inueſtiuit, lxxix. diſt. ſi ꝗs per pecuniam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sicut dñi. ¶ Caſus. Dicitur hic q sicut veſtimentum dñi non fuit diuiſum: ita eccl'ia ſcindi non debet, q̄ tota eſt in vnitate et ptāte epi a quo eccl'ie debent ordinari. et ſi cōtra fiat, clerici ⁊ eccleſie interdicātur.

a ¶ Scindi. Diuidi tñ poteſt eccleſia: vt de vna fiant due: ſed non ita diuidi vt vna permaneat. ſ. ea. q. j. plures. Idē eſt in prebenda: vt extra de preben. maioribus, ſimiliter in prouincijs: vt. c. diſt. ca. j. ff. de offi. aſſeſſo. ſi eadem.

b ¶ Et eccl'ie. ſic ergo propter delictum vnius hominis ſubijcitur tota terra iterdicto: vt extra de ſpon. non eſt vobis.

Per laicos. ¶ Caſ. Tria phibet in hoc ca. Alexāder. Primū eſt vt nullus clericus retineat eccleſiam p laicos precio vel gratis. Secūdum: vt nullus fiat monachus ſub hac ſpe vt ipſe abbas fiat. Tertium eſt vt nullus pſbyter duas habeat eccleſias.

c ¶ Spem. hoc capi. intelligit h. niſi aliqua pmiſſio preuenerit ſpē ſuam: al'as (vt dicit) poſſūt monachi cōuenire in aliquem et dicere ei, ſumas habitum, volumus te eligere in abbatem cum fueris factus monachus. ⁊ q talit poſſint conuenire in aliquem, eſt arg. lxj. diſt. ca. bene. nam et laicus ſic poteſt poſtulari in epm: vt. lxj. diſtin. oſius. licite enim poteſt quis habere ſpem de dignitate: vt. lxj. diſtin. quid proderit. lxxiiij. diſtin. conſultur. viij. q. j. qui epiſcopatum. lxxvij. diſtinc. ca. ij. lix. diſtin. ſi officia. Joan. Sed hoc non credo: quia neophitus non poteſt eſſe abbas: vt extra de elect. cum cauſam. et melius extra de elec. officij. et ca. cum ad noſtram.

Laicus in epm poſtulatur.

d ¶ Duas. intitulatas, niſi ſint pauperes: vt extra de pta. et quali. eam te. et. x. q. iij. vnio. †

† Ad idem xxj. q. j. et. c. relato. h.

et Antiocheni cōcilij capitulum excommunicationi ſubiaceat.

Idem.

¶ Qui p laicos eccl'ias obtinet: et qui manus imponit, cōmunione priuetur.

Conſtitutiones ſctōrū canonū ſequentes ſtatuimus vt quicunq clericus ab hac hora inueſtituram eccleſie vel eccleſiaſtice dignitatis de manu laici acceperit: et qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiaceat, et communione priuetur.

Idem. De eodem.

Nullus laicoꝝ eccleſias vel eccleſiarū bona occupet vel diſponat. Qui vero ſecus egerit, iuxta beati Alexandri capitulum ab eccleſie liminibus arceatur.

Idem. De eodem.

Sicut dñi veſtimentum ſciſſum nō eſt, ſed de eo ſortiti ſunt: ita nec eccleſia ſcindi[a] debet: quia in vnitate tota conſiſtit. In poteſtatem ergo proprij epiſcopi eccleſie reducantur: et ab ipſo (ſicut in ſacris canonibus cautum eſt) ordinentur. alioquin ⁊ eccleſie[b] ipſe et clerici earundem diuinis deſtituantur officijs.

Item Alexander papa. ij.

¶ Nullus clericus per laicos eccleſiam obtineat.

Per laicos nullo modo quilibet clericus vel preſbyter obtineat eccleſiam: nec gratis nec pretio vllus habitum monachi ſuſcipiat, ſpem[c] aut promiſſionem habens vt abbas fiat. Nullus preſbyter duas[d] habeat eccleſias.

Item ex cōcil. Calcedoneñ.

¶ Singuli epiſcopi ſuos habeant economos.

Quoniam in quibuſdam eccleſijs (vt rumore[e] cōperimus) pter economos epi facultates eccleſie tractāt: placuit omnem eccleſiam habentem epm[f] habere economum de clero[g] pprio, qui diſpenſet res eccl'iaſticas ſm ſentētiam pprij epi: ita vt eccl'ie diſpenſatio preter teſtimonium[h] epiſcopi non ſit: et ex hoc nō diſpergātur eccleſie facultates: ⁊ ſacerdotio maledictiōis derogatio procuretur. q ſi hoc minime fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

Item ex concilio Hiſpalenſi: cui interfuit Iſidorus.

¶ Laici non ſunt conſtituendi economi.

In nona actione didicimus quoſdā ex veſtro

Quoniam. hec eſt ſcda pars queſtiōis in qua dicit q nullus epſ gubernare debet res eccl'ie ſine economo. i. clerico. et hoc probat per. v. ca. Jo. de fan.

